

cunda coniectura est, quando testator reliquit tertio, si certa puella nupserit, quia tunc non obtinebit legatum, si puella illa religionem ingressa sit. Tertia coniectura est, quando testator negatiue legauit Titie, si non nupserit, (que condicio ualeat, si Titia uidua sit) quia tunc intelligitur de nuptijs temporalibus: quare si religionem ingrediatur, obtinebit legatum: non enim uersimile est testatorem uoluisse retrahere a religionis ingressu, sed ad eum inuitare, ut recte probauit Mantica *de coniect. ultim. uolunt. lib. 1. tit. 1. numer. 26.* & Menoch. plures referens *lib. 4. presumpt. 1. 48. numer. 6.* & Thom. Sanch. *d. lib. 1. disputacione 33. sub numer. 30. ante s.*

Secundum autem membrum præd. distinctionis limitat Sanchez ubi supra sub numer. 32. ut non procedat, quando legatum esset ad collocandas matrimonio testatoris neptes, quia tunc dandum esset nepti ingrediendi religionem propter præsumptam testatoris affectionem erga sanguine coniunctos, plenius, & latius uenit interpretandum legatum. *l. Aurelius §. Titus testamento facti ff. de liber. legat. ita in terminis tenet Nata consil. 296. numer. 6.* & Mantica *de coniect. ultim. uolunt. lib. 8. tit. 5. numer. 22.*

28 Illud in proposito sciendum est: quod similiter si testator legauit aliquid certæ uirgini maritandæ, si tempore testamenti iam nupta esset, potest illi legatum dari: secus, si incertis matrimonio iungendis legatum esset: ita tenent Bald. *in l. fin. num. 1. C. de sentent. que sine certa quant. profertur* Alex. consil. 146. uoluntine 5. num. 6. Hippolit. *in rubrica de fideiuss. num. 3.* Pala Rub. *in ca. per vestras de donat. inter uir. & vx. notab. 3. §. 12. numer. 6. pag. mibi 204. col. 2. & uirum §. 20. num. 6. pag. 208.* & Sal. *in l. quominus in repetitione numer. 133. ff. de summi. & alios allegans Tiraqu. de caus. cessant. limitatione 18. numer. 4.* & Mexia *in l. Regia Toleti in 2. parti. fundamentum numer. 3.* Didac. Perez *in l. 1. titu. 2. lib. 5. Ordinamenti calu. 4. 5. uers. dubium est quotidianum fol. 79.* sequitur Thom. Sanchez *d. disput. 33. sub numer. 32. ibi, tandem, quia simile, aduersus Tiraquel in l. si inquam uer. susceperit numer. 219. C. de reuocand. donat. & Mantica lib. 1. 2. de coniect. ultim. uolunt. titu. 1. numer. 13. uolentes neutro casu posse dari, nisi tempore testamenti, uel post illud conditum, dum mutare potuit testator, nouerit esse nuptam, hoc namq; clarius esset, uerum tamen prior distinctio tenenda uidetur. tunc uero uerior.*

29 Ultimo hic examinanda uenit quaestio illa celebris, quando pater filie legauit ducenta pro ea maritanda, uel pro sua dote, quam ipse pater in uita sua postea maritauit datis sibi solum centum, an postea hæc filia possit ab hæredibus patris alia centum residua sibi petere, necne?

In hac quaestione Dyn. & Oldrad. fuerunt sibi contrarii, prout eos refert Bart. *in l. Lucius, la prima, numer. 4. ff. de legat. 2. Dyn. enim tenet partem negatiuam, quando testator legauit pro filia maritanda, quia iam est maritata, & sic cessauit, & finita est causa, secus quando legauit pro dote filie, quia constante matrimonio dos augeri potest, igitur quod reliquum est, ex legato ad dotes augmentum peti poterit. Oldrad. autem indistincte in utraque specie tenet filiam admittendam esse ad petendam reliqua quantitate legati.*

Bart. uero ubi supra d. numer. 4. obscure loquitur, ita ut nonnulli ex nostris intelligant ipsum tenere opinionem Dyn. supra relata, ut expresse censet, & sequitur Palac. Rub. *in repetitione ca. per vestras de donat. inter uir. & vxor. notabil. 3. §. 12. numer. 8. fol. mibi 205. col. 1.* & communiter DD. *in h. filia le-*

gatorum C. delegat. cum sequuntur, ut inquit Bald. *nouel. de dot. 5. parte princip. numer. 12. in si. fol. mibi 7. col. 4.*

Alij uero, & rectius censent Bart. tenere opin. Old. affirmatiuam indistincte, & hæc opin. Oldra. est uerior, & communis, ut plures allegans affirmat, & tenet D. Couar. *in ca. officij numer. 10. de testam. & optime Peralt. in d. l. Lucius numer. 8. per totum, ubi bene probant iuxta uerba Bart. recte intellecta ipsum tenuisse hanc sententiam, non uero priorem Dyn. Quod ex eo patet, quia uera, & propria intentio Bart. uidetur fuisse uelle dicere, quod quando per Patrem filia legatur certa quantitas pro ea maritanda, & in uita eam maritauit cum minori quantitate: licet sit dubium, an residuum petere possit, eo quia causa uidetur finita, at tamen quia fuit certa quantitas expressa, seu taxata, expressio causæ non coarctat legatum: sed quando legatur ducenta nomine dotis, uel pro dote, tunc indubium est deberi legatum, quam non censeret, nec censi debet limitari per dotacionem in uita factam minori quantitate, cum adhuc duret causa dotis, scilicet, augendæ constante matrimonio. Dum ergo Bart. ubi supra in primo membro dicit, quod ea maritata est finita causa, debuerat dicere exclusive, hoc est, licet ea maritata sit finita causa, non enim (inquit Peralta ubi supra) ratio, quam sonat litera Bart. (que re uera est deprauata) est fundamentalis, quod quod ipse dicit: imo de directo refragatur, ut patet ex membro statim sequenti supra citato: superest ergo ex supradictis, quod hæc sententia Oldradi, quæ indistincte habet in utraque specie filiam admittendam esse ad petendum residuum esse uerorem, & magis receptam, ac proinde tenendam in iudicando, & consulendo.*

CAPITULUM XXI

De conditione retrahente a nuptijs.

SUMMARIUM.

- 1. Condicio abstinenti a matrimonio contractu adiecta an rejiciatur, uel uiciet?
- 2. Reipublice interest, quod multu ex legitimo matrimonio procreatus augetur.
- 3. Conditiones, que iure improbantur, uocantur impossibiles.
- 4. Conditiones impossibiles in contractibus apposte ipsos uiciant.
- 5. Condicio abstinenti a nuptijs adiecta in ultima uoluntate rejicitur omnino, & de ratione differentie, in hoc inter contractum, & ultimam uoluntatem, numero 6.
- 6. Meryna opinio, & distinctio in hoc rejicitur.
- 7. Acofta quoque alia improbat.
- 8. Condicio auertens a libro procreandi rejicitur.
- 9. Condicio legati facti extraneo de centum si talis uirgo non nupserit, &c. non ualeat.
- 10. Condicio, si mulier, cui est relictum legatum, si non nupserit, rogata sit illud restituere, an ualeat?
- 11. Condicio nuptias prohibens adiecta legato relicto patri, tutori, curatori, uel amico an ualeat?
- 12. Condicio legati relicti Titie, & extraneo si ipsa non nupserit, an rejiciatur pro parte Titie?
- 13. Condicio legati auertens a nuptijs spiritualibus an rejiciatur?
- 14. Legatum

- 15 Legatum certa quantitate factum filie si nupserit, & minoris, si religionem ingrediatur, an ualeat?
- 16 Condicio in primogenijs, & meliorationibus adiecta, quod monacha, nec sacro ordine initiata succedant, ualida est.
- 17 Condicio adiecta legato, qua precipitur, quod matrimonium contrahatur arbitrio, uel consensu tertij an rejiciatur? & num. 18.
- 18 Condicio contrahendi matrimonium cum certo genere personarum ualeat.
- 19 Condicio testatoris hæredi adiecta, quod contrahat matrimonium cum aliqua femina, ualeat.
- 20 Fawoti reipublice conuenit, ut filij matrimonium non contrahant absque sensu maiorum.
- 21 L. cum tale §. rescriptum ff. de condit. & demonstrat. intellectus.
- 22 Condicio legato adiecta, ne filius absque patris consensu uxorem ducat, seruanda est.
- 23 Legatum relictum ei, qui puellam uolauit, si eam uxorem duxerit de consensu patris, ualebit, reiecta ea conditionis parte, nempe de consensu patris.
- 24 Condicio legato adiecta ducendi uxorem, cum consilio talis legatorum: limitatur numero 28. declaratur n. 29. & 30.
- 25 Condicio, per quam matrimonium per aliquod tempus differtur, non rejicitur.
- 26 Condicio adiecta legato, si filia mea intra decimum annu non nupserit, ualeat.
- 27 Condicio adiecta legato, si Titia non nupserit, habeat post mortem suum centum, an ualeat?
- 28 Condicio non nubendi admittitur in uidua, attento iure Authentico.
- 29 Virgo in conditione apposte legato non nubendi, intelligitur, que nulli nupsit, quamuis corrupta sit.
- 30 Condicio prohibens nuptias in homine uidua ualida est.
- 31 Condicio non contrahendi matrimonium imposta eunuchis ualeat.
- 32 Condicio nuptias prohibens ualeat fauore pie cause.
- 33 Legatum ea conditione relictum, si Titia non nubat intra certum tempus, ualeat.
- 34 Legatum relictum, si Titia nupta non erit, ualeat, si nupta non sit.
- 35 Condicio non contrahendi matrimonium in quodam certo loco, uel oppido, ualeat.
- 36 Legatum factum Titie, si non nupserit Caio, Titio, uel Sempromio, ualeat.
- 37 Legatum uel factum sub conditione, ne matrimonium contrahatur cum ignobili descendenti a Iudæu, uel Sarracenu, ualeat, & condicio implenda est.

Et conditiones impossibiles, siue de iure, uel natura, uel de facto, uel perplexitatis in contractibus apposte ipsos uiciant indistincte, *tex. in §. si impossibili instit. de inutil. stipul. l. non solum ff. de action. & oblig. l. si super impossibili ff. de iudicio. l. impossibilium ff. de regul. jur. l. impossibilis ff. de verb. oblig. D. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. ca. 1. 2. num. 35. & 38.* & in terminis, quod conditio præd. non nubendi, de qua in principio huius cap. uiciet contractum, tenent Emanuel Acofta *in l. cum tale §. si arbitrata limitatione 2. numer. 1. ff. de condit. & demonstrat.* Molina Theolog. ubi supra *in fine illius disputacionis 285.* & Thom. Sanchez *lib. 1. de matrimonio disputacione 34. numero 2.* ubi improbat opin. Molinae Theologi, ubi supra, dum limitat hanc conclusionem, ut non procedat, si prædictæ conditiones impossibiles de iure impleantur, & recte Sanchez probat contrarium.

Condicio autem eadem abstinenti a nuptijs in uictima uoluntate adiecta rejicitur omnino, & hæc redditus, uel legatum pure debetur, *l. quousque 22. l. cum tale 71. §. Meus, & l. Titia si non nupserit ff. de condit. & demonstrat. tex. in §. impossibilis instit. de hered. instit. l. obruit ff. de condit. & demonstrat. l. 3. tit. 4. parti. 6. D. Molin. Jurist. lib. 2. de Hispan. primog. ca. 12. n. 36.* & in terminis præd. conditionis abstinenti a nuptijs tenet Acofta, & cum eo Thom. Sanchez *d. disputacione 34. numer. 3.* ampliatus, ut procedat etiam in donatione causa mortis.

Et varias rationes differentie in hoc inter contractus, & ultimas uoluntas affert Sarmient. *lib. 2. Sect. interpretat. ca. 3. numero ultim.* mihi non displicet, quam addit Thom. Sanchez *d. disputacione 34. sub numer. 2. ad finem,* nempe quod ideo Jus Civile non sustinet contractus reiecta conditione impossibili, quia contrahentes ipsi cum adhuc sint superstitēs, possunt suos contractus sic uiciatos ob conditionis impossibilitatem efficere validos, remittendo conditionem impossibilem: at uero testator, qui iam obijt, non potest suam dispositionem ad debitum modum reducere, unde quod potuit, ut per ipsam legem reduceretur, reiecta illa conditione, quod fit in testantis, & uictima uoluntatis fauorem, supposito, illum uoluisse de suis bonis disponere, nempe, quod ad debitum modum redigatur, ut ualida sit, que alias omnino corrueret.

Ex quibus omnino cauendum est a Meryna de restitutione quaestione 23. *in uers. itaque quatuor conditiones,* dum ait: diuerso modo rejici à legatis conditiones impossibiles, ac turpes, & que nuptias prohibent: illæ namque prorsus rejiciuntur, hæc uero, que nuptias prohibent, non absolute annullantur, sed tantum eo casu, quo legatarius matrimonio inire uelit: uerius namque est, & tenendum, has etiam, que nuptias prohibent, absolute, ac prorsus rejici, ac pro non scriptis haberi, sicut illas, ut docet gloss. *in l. Titia si non nupserit in fine ff. de condit. & demonstrat. D. Couar. lib. 3. var. resol. ca. 19. numer. 10. Riminald. conf. 215. numero 172. uolumine 2. Mantica, de coniect. ultim. uolunt. lib. 1. titu. 19. numer. 1.* & Thom. Sanchez *lib. 1. de matrimonio disputacione 34. n. 4.*

Secundo cauendum est ab Acofta *in d. l. cum tale §. si arbitrata limitatione ultim. numero 5.* cum sequentibus ff. de condit. & demonstrat. dum probat, præfatam conditionem, non in eundem matrimonium non rejici, quasi nihil operetur, & pro non scripta habenda sit, sed nihil prorsus ualere respectu primi matrimonij, ualere tamen respectu secundi, ut si uirgini legentur centum, si non nupserit, obtinebit legatum prima uice nubens, illud tamen amittet, si secunda uice nupserit: est enim hoc contra mentem omnium Doctorum tenentium.

in hac specie, omnino rejici præd. conditionem non nubendi, vt melius probauit aduersus cum Sanch. vbi supra numero 5. vnde non erit opus præd. legatariam aliquam cautionem præstare de restituendo legatum, si forte secundo nupserit, nec eam præstare tenetur, siquidem in casu præmissi non scripta habetur præfata conditio in virgine, quod probat etiam Sanch. d. num. 5.

9 Similiter etiam rejicitur conditio auertens à liberis procreandis, vt lego Titia centum, si liberis non habuerit, vel si sine liberis deceaserit, secundum Socin. cons. 98. numero 7. volumine 3. Acoft. in d. §. si arbitratu ampl. 1. num. 4. & Thom. Sanch. vbi supra num. 7.

10 Non valet etiam conditio, si extraneo legentur centum, si talis virgo non nupserit, & ea rogatus sit restituere illi virgini: debetur namque hoc legatum, licet nubat, quia mulier ad viduitatem inuitatur, vt legatum comparet, secundum Acoftam vbi supra ampliatione 5. per totam; & Mantie. de coniectura ultim. volunt. lib. 11. tit. 9. n. 5. Sanchez d. disputatione 34. num. 8.

11 Nec etiam si mulier, cui est relictum legatum, si non nupserit, rogato sit illud restituere; veluti, lego Titia, si non nupserit, centum, vt de Titio, nam etiam si nupserit, recipiet legatum, & restituit Titio, ac si pure, & absque conditione accepisset, vt Titio restitueret, l. non dubium ff. de leg. 2. v. probat late Acofta d. 6. ampliatione per totam, Mantie. numer. 4. & Sanchez vbi supra numero 9. vbi vterque concludit, secus esse, si legentur virgini centum, si non nupserit, & casu, quo nubat, eius fideicommissatur, vt restituat Titio: nam etsi nubat, retinebit legatum, nec restituere tenetur Titio, vt habetur expresse in l. quoties ff. de conditio. & demonstrat. quia illud fideicommissum inducit viduitatem.

12 Nec etiam valet conditio nuptias prohibens adiecta legato relicto patri, tutori, vel curatori, vel amico ita coniuncto cum persona, quæ abstinet debet à nuptiis, vt probabile sit fore, vt ea abstineat, ne legatarius amittat legatum illud, secundum Acoftam in d. §. si arbitratu. ampliatione nona, per totam, præmaxime numero 6. & limitatione 4. numer. 1. cum sequentibus, Mantie. d. lib. 11. tit. 19. num. 5. & Anton. Gabriel. quem refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio d. disputatione 34. numer. 10. vbi idem probat, si legatum relinquatur consanguineis.

13 Adde Mantie. & cum eo Sanchez vbi supra, quod si legatum relinquatur Titia, & extraneo, si Titia non nupserit, rejicitur conditio pro parte Titia debita, & ita illam statim consequetur, & valebit pro parte extraneo relicta: & ita nubente Titia, nec ea, nec extraneus legatarius eam legati partem consequetur, quia non est verisimile Titiam à nuptiis detrahendam esse, ne extraneus illam legati partem amittat.

14 Dubitari tamen hic contingit an idem dicendum sit de conditione auertente à nuptiis spiritualibus, vt si Titia legentur centum, si religionem non ingrediatur, an hæc conditio rejiciatur omnimodo à legato, ita, vt ipsum purum remaneat, & consequatur Titia, siue ipsa religionem ingrediatur, siue non, videtur namque pars affirmatiua veratum ex auct. de Sanctis, Episc. §. sed hoc presenti, collatione 9. tum etiam, quia valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, vt est notum: ergo, sicut rejicitur præd. conditio à matrimonio carnali, ita etiam rejici debet à spirituali: & in terminis ita tenent Bal. & Decius, & cum eis Acofta in l.

eum tale §. si arbitratu ampliatione 11. nu. 1. ff. de conditio. & demonstrat. Euerard. in sua Cent. legal. in loco de matrimonio carnali, ad spirituale. numer. 5. Alciat. & Felinus, quos refert, & sequitur Paris. in ea. in presentia, de probat. numer. 137. & 143. Roland. à Valle consil. 55. numer. 20. & 25. l. 3. Mctym. in suo C. de restitu. quæst. 23. §. itaque quatuor condiciones, Ledesma in secundam partem quarti, questione 18. artic. 1. dubio 12. fol. 227.

Nihilominus tamen contraria sententia in hoc verior est, & tenenda, nempe, minime eam conditionem esse rejiciendam, sed valere, quia quamuis religionis status perfectior sit, non tamen jus tribuit hunc fauorem contra expressam voluntatem defuncti, quo casu non procedit dispositio d. §. sed hoc presenti, sed tantum ex præmissa præfata testatoris voluntate, vt probauimus lib. 1. Canonie, questionum capit. 32. numer. 18. & 19. & argumentum de matrimonio carnali ad spirituale procedit, vbi est eadem ratio: secus, si sit diuersa, vt in nostro casu: ita in terminis tenet, & probat D. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 19. numer. 10. vers. & tamen hic adde, quem sequuti fuimus lib. 2. Canon. questionum ca. 25. numer. 5. & nunc quoque probamus, & sequitur cum alijs Mantie. de coniectura ultim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 31. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumptione 3. numer. 18. 19. & 23. Molin. Theolog. 1. tom. de iustitia. & Tur. disputatione 207. ad fin. in solutione ad primum, & nouissime Tho. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 34. numer. 11. per totum.

Ex quibus profecto rationibus non procedit communis illa, & magis recepta sententia, quæ habet, quod si pater filia, vel puella legauerit centum, ampliore vnde quantitatem si nupserit, si vero religionem ingrediatur, vel professa fuerit, minore filia, vel puella ingrediens religionem eiusque monasterium habebit, & consequetur maiorem summam sibi à testatore relictam, si ipsa nubere: verius namque est, atque multo probabilius contrarium, vt cum communi etiam late ibidem probauimus numer. 18. cum sequentibus, & post nos Molina Theologus vbi supra, d. disputatione 207. columna 1268. Ludou. Lopez in secunda parte Infrascriptor. de matrim. ca. 36. fol. 1037. & Thom. Sanch. vbi supra num. 13. alios allegans.

Quare in primogenijs, & meliorationibus ea conditio admittitur, & valida est, vt neque monacha, nec sacro ordine initiari accedere in eis possint: hæc namque conditio non eo tendit, vt ab hoc statu retrahat, sed vt familia conseruetur, vt cum alijs probauimus vbi supra, numero 6. & Sanchez etiam vbi supra numero 14. aliud censentes, quando ex tertia honorum parte absque regia facultate maiora sunt fit, quia tunc seruandus est ordo præscriptus in l. 27. Tauri. De conditione autem, quæ ad religionem inuitat, multa disserit Thom. Sanchez d. disputatione 34. n. 15. cum sequentibus: sed quia non sunt de nostra materia matrimonij carnalis, ea missa consulto facimus.

Illud denique in hoc cap. animaduertendum est, quod similiter ea conditio à legato rejicitur, quæ præcipitur, quod matrimonium contrahatur arbitrato, vel consensu tertij, quia qui tenetur, consilium, vel licentiam alicui petere, tenetur sequi, atque ita matrimonij libertas impeditur, ita expressè cautum in eum tale §. rescriptum ff. de conditio. & demonstrat. & tenent omnes communiter Scribentes, & procedit hoc, necdum, quando illud arbitrium dicitur meram voluntatem, sed etiam, quando prudentiale consilium: honestum enim est illud sequi, atque ita etiam matrimonij libertas impeditur: ita aduersus

aduersus nonnullos tenent, & probant Acofta in d. §. rescriptum numero 7. D. Molin. de Hispan. primog. cap. 13. numer. 35. vbi alios idem tenentes refert: & de communi testatur, eam quoque sequitur Tho. Sanchez d. disputatione 34. numer. 19. & licet in specie præmissa conditio illa contrahendi matrimonij arbitrato talis personæ rejiciat, vt matrimonij libertati aduersa, non vero altera clausula in legato, nempe contrahendi matrimonium, quia hæc matrimonio fauens est, ita Peralt. in l. 1. numero 32. ff. de legat. 2. & alios allegans Sanchez vbi supra numero 20.

18 Ex quibus merito dubitari potest de sententia Joan. Lup. de Palac. Rub. in ea. per vestras, notabil. 3. §. 2. numero 4. de donat. inter vir. & vxor. quem sequitur Pelaez de maior. prima parte questione 50. numer. 7. & 8. tenentis, valere conditionem, qua pater filium grauat in legato vinculi, vel maioratus, quod ei relinquit ultra legitimum, ne absque consensu matris, vel alicuius propinqui vxorem ducat: quia textus, & DD. indistincte eam conditionem rejiciunt, vt aduersam matrimonij libertati, & quamuis id legatum debitum non sit, tamen, relinquatur, conditiones iure improbate ab ipso rejiciuntur, tanquam si extraneo ita legaret, & ita reprobant Palac. Rub. Acofta in d. §. si arbitratu ampliatione vltim. num. 2. & Sanchez d. lib. 1. disputatione 34. num. 21.

Sed nihilominus, etsi hæc sententia contra Palacii Rubi iuri conformis videatur ex d. §. rescriptum cum simili, adhuc defendi, & probari potest opin. Palac. Rub. præfata, & Pelaez, quoties filius, vel filia aliter faciens priuaretur præd. legato propter expressam, & omnino repugnantem voluntatem testatoris, ac si non legasset, potuit enim non legare: accedat, quod quamuis metus pater non possit quis ad matrimonium altrangi, potest tamen spe lucri inuitari ad matrimonium contrahendum, vt in l. Titio centum §. 1. ff. de conditio. & demonstrat.

19 Per quem tex. in specie conseruerunt Bart. & communiter Scribentes, ibidem valere conditionem contrahendi matrimonium cum certo genere personarum, quia ex hoc non censetur adempta facultas contrahendi, licet ex parte restringeretur, vt late cum alijs probat D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. ca. 3. numer. 2. & 3. Pelaez d. quæst. 50. numer. 1.

20 Quo fit, vt si testator præcipiat alicui, quod contrahat matrimonium cum aliqua femina, quod si id non contraxerit, vult cum hereditate priuari, valeat huiusmodi conditio, & ille priuabitur hereditate, si conditioni non pareat: ita tenet, & probat Oldrad. cons. 16. quæst. 1. Felin. in ca. 1. de sponsal. numer. 23. Guiliel. Benedict. in repet. c. Raymutius verb. cuidam Petro tradiderunt num. 1. vsque ad num. 12. de testam. Palac. Rub. in d. §. 2. numer. 1. cum sequentibus, Roder. Suarez in l. situ de loc. casamientos, lib. 3. fori, vers. quæ primo DD. communiter in l. G. de institut. & subst. D. Couar. lib. 2. de sponsal. 2. parte ca. 3. §. 3. numer. 6. cum sequenti, & plures alios allegans D. Molin. Jurist. d. c. 3. numer. 3. eamque bene probat Pelaez d. g. 50. num. 1. ex l. 14. titu. 4. partita 6. ibi: Pero si el testador, que hace el testamento, manda a tal muger cien maravedis, & si ella no se casare con tal hombre: & l. 22. titulo 9. partita 6. ibi: esto seria, como si el testador dixesse asi: manda a fulano hombre mil maravedis, si case con tal muger: & tandem inquit ibi Pelaez, quod hæc opinio Oldradi, & aliorum tanquam verior, & communior est tenenda.

21 Accedat pro hac opinione fauor Reipublicæ, quod filij non contrahant matrimonium absque

consensu parentum, & maiorum, vt late prosequitur Pelaez vbi supra numero 7. per totum vbi etiam refert Laior. Calcan. cons. 3. col. 6. numer. 2. post medium dicentem, quod quando testator in dispositione simpliciter relinquit aliquid sub conditione contrahendi matrimonium arbitrio alterius, conditio non valet, & legatum remanet purum: si vero testator transiit vterius disponendo, priuando hereditate, vel legato illum, quem iussit contrahere matrimonium arbitrio alterius, nisi conditio paruerit, tunc valet conditio, & priuabitur legato, nisi conditio paruerit ex Oldrado vbi supra.

Neque obstat d. §. rescriptum cum simili, quo cænetur, rejiciendam esse præd. conditionem à legato, tanquam impeditiuam matrimonij: quia procedit in simplici conditione præd. non vero, quando testator vterius processit, priuando hereditate, vel legato hæredem, vel legatarium, si præd. conditioni non paruerit: pater ex supradictis, quia potuit non legare: ergo sita legatur, ita vt sit conditioni paratum non sit, priuatio hereditatis, vel legati manifeste fiat, perinde haberi debet, & idem est, ac si non legasset: non enim muldum prædicatur filio ex præd. onere, si quidem, si inique arbitretur persona, quæ in tali matrimonio arbitrium præstare debet: filius huic arbitrio parere non tenetur, l. vnde Senerus ff. pro socio. l. si liberis ita iurauerit ff. de oper. lib. l. 24. titulo 4. partita 3. ibi, e si cosa desmesurada mandasse denses endere et por aluedio de hombre bueno: eno seria tenudo el otro de ficar por ello, &c. Et in terminis ex præd. ita tenet Pelaez d. quæstione 50. sub num. 3. in versicul. nec obstat addens, quod sit talis persona, quæ præstare debet consensum ad matrimonium contrahendum, puta, mater, vel alia ex iniusta causa denegat consensum, ad iudicem recurri debet, quin hoc mediam adhibebit, argumento l. prima C. de vupt. quæ ita se habet: Cum de nuptijs puella queritur, neque inter tutorem, & matrem, & propinquos de eligendo futuro marito conuenit: arbitrium Præfidis Præuincie necessarium est, & ita etiam Molin. d. lib. secundus, capit. 13. numero quinto, inquit, superiora intelligenda esse, dummodo præceptum hoc contrahendi matrimonium cum certa persona honeste impleri possit: alias conditio ipsa impossibilis de iure, atque inhonesta iudicanda esset, vt ibi probat: quibus sic visis remaneo cum supra d. distinctione in hoc articulo, quam veram esse cenleo, & tenendam in praxi expressa, & manifestissima testatoris voluntate.

Idemque tenendum esse cenleo in conditione 23 legato adiecta, ne filius absque paterno consensu vxorem ducat cum decreto irritanti, vt siquidem priuatur legato, si aliquid faciat (hoc est) si conditioni non obtemperauerit, seruanda sit præd. conditio, ac proinde amittat legatum, nisi pater inique arbitretur, aut aliter male se habuerit in re hac, quod regulariter præsumi non debet, sed potius contrarium, magna enim est in hoc præsumptio pro patre, vt potest, cui incumbit, vt bene filios suos matrimonio collocet: si vero conditio præd. simpliciter adijciatur non sterius procedendo ad priuationem legati, si aliter fiat: tunc quidem rejicitur præd. conditio, & legatum remanet purum, iuxta supradicta. Tameris Acofta, Suarez, & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. dist. 34. numero 22. simpliciter etiam vult, eam conditionem non valere, sed non loquuntur, quando testator vterius ad priuationem processit, si aliter factum fuerit, quo casu verius esse cenleo, quod prædixi.

24 Merito tamen inquit Acosta *ubi supra ampliatione ultima numero 13*, quem refert, & sequitur Sanchez *ubi supra numero 23*, quod si quis ei, qui puellam violauit, leget centum, si de consensu patris illam ducat, valebit legatum, reiecta ea conditionis parte, de consensu patris; quare etiam contra eius consensum illam ducens obtinebit legatum.

Loquuti sumus de conditione, præcepto, & grauamine, quo testator, vel maioratus institutor præcepit, vt successor matrimonium non possit contrahere nisi arbitrio, voluntate, seu consensu parentum, vel aliorum; hæc namque conditio rejicitur à legato, & ipsam purum remanet, ne libertas matrimonij impediatur iuxta supradicta.

25 Nunc vero docemus, secus esse in conditione adiecta legato uxorem ducendi cum conditio talis personæ; hæc enim conditio necessaria adimplenda est; alias successor, vel sic grauatus, maioratus successione, vel legato priuandus erit, quia hoc consilij præceptum honestum est, non enim impedit vll modo matrimonij libertatem, siquidem consilio solum requisito, cum qua voluerit, libere contrahere possit, ita tenet Cynus in l. cum tale §. si arbitrati ff. de condit. & demonstrat. & post alios antiquos Paulus de Castro, in l. Turpia §. si Titie, numero tertio, ff. delegat. 1. Alexand. in princip. eiusdem l. numero 7. & ibi Jason. numero quarto, Palac. Rub. in repet. capit. per vestras §. 52. numero 8. de donat. inter vir. & vxor. Roderic. Suarez in l. secunda, titulo de los casamientos, lib. 3. for. numero 23. versicul. sed tene menti. Guillier. Benedic. in repetitioe ca. Rainutius in versicul. qui cum alia matrim. contra numero 88. de testam. D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte capit. 3. §. 8. numero 3. Peralt. in l. prima, numero 32. ff. delegat. 1. Pelaez de maior. prima parte, questione 50. numero 5. vbi dicit communem, & optime Aymon Crauer. conf. 1. numero 3. vbi idem profertur, & D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. capit. 13. numero 37. Mantie. de coniect. vltim. volum. lib. 11. titulo 18. numero 10. Zephal. conf. 319. numero 42. Menoch. conf. 69. numero 28. vol. 1. Marc. Ant. Ochus lib. 5. instr. mat. titu. 12. numero 210. Gratian. reg. 83. numero 13. Henric. lib. 11. de matrim. c. 6. numero 6. & c. 12. numero 6. Ludou. Lopez in 2. parte instr. de matrim. ca. 3. §. fol. 1037. Manuel Rodrig. in l. tom. sue summe in 2. editione c. 13. numero 6. Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 34. nu. 24. vbi plures refert: & obseruat iustum, cum alicuius consilio aliquid facere non satisfacere, si tantum consilium requirit, sed teneri expectare aliquantulo tempore consilium, quamuis illud sequi non astringat, iux. glo. in cum consuetudinis verb. consensu de consuet. & ibi Host. & Abb. in c. cum vos nu. 5. de his, que sunt à Prælato; alias namque frustra esse consilium petere.

26 Non enim rejicitur conditio illa, per quam matrimonium ipsum per aliquod tempus differat, d. l. cum tale §. Menia ff. de cond. & demonstrat. l. sed si hoc §. fin. ff. eodem tit. l. Teopompus ff. de dote preleg. præsertim, cum hæc dilatio inducta sit ad petendum consilium ad hoc, vt matrimonium melius contrahatur, quod nedom non est contrarium matrimonio, sed eidem conueniens, l. vidua, & l. in computando C. de nupt. & hæc est communis opinio, & satis probabilis, & ideo sequenda contra Acostam secundum Molin. 2. de Hispan. primog. ca. 13. nu. 37.

27 Unde similiter poterit apponi talis conditio, si filia mea intra quindecimum ætatis annum non nupserit, nec rejicienda est, & impleri oportet, quia non inducit viduitatem perpetuam, sed tem-

poralem, & quidem modici præiudicij d. l. sed hoc §. vltimo, & ideo, si ipsa filia non patuerit conditioni, poterit priuari hæreditate, ita recte tenet, & probat Arelin. consil. 67. circa princip. in versicul. venio ad primum, quem refert & sequitur Mantie. de coniect. vltim. volum. lib. 11. titulo 19. numero septimo, vbi quod idem quoque, scilicet, quod testator possit ad tempus nuptias prohibere, tenet Paul. de Castro. Decius, & Socin. quos ibi refert; & numero 8. idem etiam probat, in conditione, si non nupserit vsque ad ætatem viginti annorum, quia non videtur apposita in fraudem nuptiarum, & ideo implenda est, vt scribit Jason. in Authen. cui relicta numero 3. in versicul. quarto notabiliter C. de ind. viduitat. tollend. Cæterum, si conditio in tam longum tempus protrahatur, vt non sit verisimile ipsam virginem, post illud tempus, posse inuenire maritum paris conditionis, tunc quidem, quasi adiecta in fraudem nuptiarum reijcienda est, secundum Aret. d. conf. 67. columna prima, versicul. venio ad primum, & Mantie. vbi supra d. numero 8.

In casibus autem, in quibus non solum tenetur quis consilium requirere, sed etiam illud sequi, conditio illa, ducendi uxorem cum consilio talis personæ rejicitur, ita Roderic. Suar. vbi supra, quem refert, & sequitur D. Molin. d. lib. 2. c. 13. numero 38. & Thomas Sanchez d. lib. 1. disputatione 34. numero 25. hi autem casus colliguntur ex traditis per Bart. in l. prima §. si plures ff. de exerc. 1. Abb. in ca. ex parte de consil. & in eadem in veteri de elect. & alibi scriptissime Scribentes: idem erit dicendum, vbi eumque magnum periculum versaretur in consilij requiitione; adeo, vt ex hoc non solum videatur matrimonij libertas per tempus impedita, sed verius omnino sublata, tunc namque ea conditio ex institutione reijcienda erit, secundum Abb. in d. ca. ex parte numero quarto, & late probat Felin. ibi, columna prima, & hoc in maioribus præsertim, admittenda erit; ita tamen, vt non temere, & ex quacunque periculi suspicione; & que facile cessare, vel amoueri possit à regula, que ex communi opinione comprehenditur, recedatur: ita D. Molin. vbi supra numero 29. & præfatam limitationem sequitur etiam Thom. Sanch. vbi supra numero 25.

Si tamen is, cuius consilium requiritur, absens sit, & periculum sit in mora, potest actus sine eius consilio expediri, vt colligitur ex glo. verb. Diocesanus, in Clementina 1. de for. compet. & ibi Abb. n. 17. Barr. in d. l. si plures, Rebus. in praxi benef. titu. de forma Vicaria numero 95. Tiraquel. in l. 6. connubial. glo. 8. numero 16. Pelaez de maior. 1. p. 450. nu. 6. in fin. Gratia. in reg. 10. in fin. secus autem est, quando requiritur consensus secund. Rebus. vbi supra: dicitur autem, non posse peti consilium, quoties is, à quo petendum est, longe distat secund. Abb. vbi supra d. numero 17. & Thom. Sanch. d. disputatione 34. nu. 26. qui vtrumque sequitur.

Sed quid erit querendum, si is, cuius erit requirendum consilium, viuo testatore, deceaserit? & videtur prima facie, conditionem cessare, legatumque amitti: argumento l. cum tale §. rescriptum ff. de condit. & demonstrat. ex quo tex. hanc opin. deduxit Alex. in l. Turpia in princip. numero 7. ff. de legat. 1. quam sequitur Felin. in d. c. ex parte numero 1. & ibi Decius numero 4. ad fin. Roderic. Suarez vbi supra, quos ad hoc citat D. Molin. d. lib. 2. c. 13. nu. 40. sed verius, & tenendum est contrarium, nempe legatum non amitti in præfata specie, quoties per legatum non steterit, quominus conditio impletur, quia is, cuius requirendum erat consilium, obijt, vt late probat, & tenet

& tenet Mantie. lib. 11. de coniect. vltim. volum. titu. 18. numero 11. & sequitur Sanchez vbi supra num. 27. respondens ad d. §. rescriptum: idem sequitur in Hispan. primog. Molin. vbi supra numero 41. quicquid in alijs priore opin. teneat, sed indistincte. hæc secunda verior & tenenda est, vt prædiximus.

31 Ea tamen conditio adiecta legato, si Titia non nupserit, habeat post mortem suam centum, reijcitur, nec non & tempus, arque ita statim legatum debetur; secus si apponatur aliud tempus certum, vel incertum, vt post biennium, vel cum (verbi gratia) Meuius fuerit Consul, tunc namque spreta non nubendi conditione, valebit temporis adiectio, & ante eius aduentum non debetur legatum, vel hæreditas, l. cum tale §. Meuius ff. de condit. & demonstrat. & ibi communiter omnes DD. Ant. Gomez in primo tom. var. resol. cap. 12. numero 78. & Thomas Sanchez d. lib. 1. disputatione 34. numero 28.

32 Nunc vero primum obseruandum est, quod quamuis conditio virgini apposita non nubendi reijcitur, admittitur tamen in vidua attento iure Authenticorum, quo corrigitur jus antiquum Digestorum, quod cum conditionem etiam in vidua reijcebat, vt in Authen. de nuptijs §. que vero, collatione 4. & in Authentica cui relicta C. de ind. viduit. tollend. honestum namque est à secundis nuptijs abstinere, ca. finalis 30. quest. 1. hæc conditio ff. de condit. & demonstrat. vbi hocnotat Socin. & Corral. lib. 3. Miscellan. ca. 1. Nam ex secundis nuptijs anima prioris mariti contrahitur, vt in Auth. de non elig. 2. nubent. §. pesperimus, & in Auth. de nupt. §. que vero in 2. tradit late D. Couar. alios allegans in 4. de sponsal. in secunda parte ca. 3. §. 9. num. 11. vbi quod Jure Canonico minime est correctum statutum. in d. Authen. cui relicta, & in Authen. quod locum C. de secunda nupt. cum final. Eandem primam conseruationem tenet, & probat Guillier. Bened. in repet. ca. Rainutius de testam. in verb. qui cum alia, numero 100. cum sequenti de testam. Anton. Gomez in l. 16. Taur. numero 8. in 1. tom. var. resol. ca. 12. numero 75. vbi dicit communem Acostam in l. cum tale §. si arbitrati limitatione vltim. numero 1. ff. de condit. & demonstrat. Mantie. de coniect. vltim. volum. lib. 11. titulo 19. numero secundo: Martenc. in l. 3. glo. 2. numero 14. titulo primo lib. 5. non. Collect. Reg. diximus lib. 2. Canonie, questione ca. 25. numero 2. Gratia. in regula 83. numero 14. Molina de Iustitia & Intr. 1. tom. disputatione 207. columna 1264. & nouissime Thom. Sanchez vbi supra numero 29.

33 Virgo autem in hac, de qua agimus, materia, & specie, intelligitur, que nulli nupsit, quamuis corrupta sit, vt cum alijs tenent Anton. Gomez, Molina, & Gratia, numero 2. vbi supra, nec non & Sanchez cum alijs numero 30. vbi, quod vidua etiam intelligitur, si matrimonium non consummauit, & quod ideo in sola vidua à viro cognita ea conditio admittitur, secundum Bald. & alios ab eo ibi ad hoc allegatos.

34 Secundo obseruandum est, quod similiter conditio prohibens nuptias in homine viduo valida est, ex tex. in d. Authen. de nupt. §. que vero, versicul. unde sanctimus, ibi, siue vxor maritum collatione 4. & quia vir, & vxor non debent ad imparia iudicari, si que valet argumentum à correlatiuis capit. Gaudemus de diuor. & in terminis ita tenent Philip. Carcer. in l. fin. numero 1. C. de ind. viduit. tollend. Jason. in d. Authen. cui relicta, & alij plures, quos refert, & sequitur aduers. Paul. de Castro. in d. l. final. in princ. numero 5. & Jason. ibi numero 28. Thom. Sanchez vbi supra numero 31. vbi numero 32.

hinc inferit, valere conditionem viduæ impositam, si arbitrata alicuius nupserit, quia si potest imponi conditio perpetuæ viduitatis, à fortiori, vt non nubat, nisi de alicuius consensu, vt contra Guman. multos referens tenet, & probat Acosta in d. §. si arbitrata ampliatione vltima numero 5. & Matien. in l. 3. gloss. 2. numero 17. titu. 1. lib. 5. nona collect. Reg. & Gratia d. reg. 83. numero 14. quod si iuste arbitretur, tenebitur femina eius arbitrium sequi; si autem arbitrari nolit, & mulier nupserit, admittetur ad legatum, quasi impleta conditione, cum per eam non steterit secund. Acost. vbi supra numero 6. vbi, quod si iniuste arbitretur, poterit mulier ad iudicem occurrere: sed si ille viuo testatore obierit, non deficiet conditio: nec legatum, vt contra Acostam vbi supra recte censuit Thom. Sanch. vbi supra numero 32. nempe, quando vidua non fuit in mora petendi consensum.

Tertio obseruandum est, valere conditionem negatiuam, non contrahendi matrimonium impositam impotentibus ad generandum, vt emunichis: & ideo si contrahant, licet inualide, amittet legatum: quia ea conditio ratione sobolis procreande reijcitur: in muliere tamen sterili non valet: quia sterilitas nec est perpetua, nec matrimonium impedit: ita Acosta in d. §. si arbitrata limitatione 14. & 5. & Sanchez vbi supra n. 33.

Quarto valet conditio nuptias prohibens favore pæ cause, vt si legetur virgini, si non nupserit, vel si arbitrata Titij nupserit, quod si contra fecerit, transferri legatum iubetur ad aliquam piam causam: nam libertas, & pia causa in iure acquiparantur, vt est notum, sed favore libertatis valet, si legetur, si Titia nupserit, talis serus liber sit, vt in l. Titio §. serui vsufructus ff. de condit. & demonstrat. & in terminis ita tenent quamplures, quos referunt, & sequuntur Guillier. Bened. in d. cap. Rainutius verbo, quicum aliqua, numero 95. de testam. Tiraquel. de priuileg. cause pæ, priuileg. 18. Mantie. de coniect. vltim. vol. lib. 11. titulo 18. numero 8. & titulo 19. numero 11. Euerard. in loco à libertat. ad piam causam numero 6. Gratian. vbi supra numero 16. Sanchez n. 33. quicquid de hoc dubitet Acosta in d. §. si arbitrata limitatione 10. n. 8.

Quinto valet legatum ea conditione relicta, si Titia non nubat intra certum tempus, l. sed si hoc §. fina. ff. de condit. & demonstrat. Acosta in d. §. si arbitrata limitatione 8. numero primo, Mantie. de coniect. vltim. volum. lib. 11. titulo 19. numero 8. & alios allegans Thomas Sanchez d. disputatione 34. numero 36. Unde secundum ipsum cum Jason. Mantie. & Enriquez, quos citat, valet conditio, si femina non nubat ante 25. annum, quia vsque ad illud tempus non reputatur à iure esse magnam moram: secus tamen esset, si in tam longum tempus matrimonium protraheretur, vt verisimile esset, virginem non inuenturam tunc virum, cui nubat, vt probauimus lib. secundo Canon. questione ca. 25. numero tertio, quo casu iudex arbitrabitur, quod tempus expectandum sit, reliquo reiecto, sic Guillier. Bened. & Aret. quos refert, & sequitur Gratian. d. reg. 83. nu. 7. & Sanchez d. n. 36.

Valebit etiam conditio adiecta legato, lego Titie, si nupta non erit, vt late probat Acosta in d. §. si arbitrata limitatione 7. per totam, & Sanchez vbi supra numero 27. Ratio est, quia non inducit viduitatem, saltem perpetuam, sed confertur in casum, quo testatore decedente nupta non sit.

Tenet quoque conditio non contrahendi in quodam certo loco, vel oppido, quia extra illud contrahi potest: ita Acosta vbi supra ampliatione 8. numero 1.

Mantic. de coniect. vltim. volut. lib. i. titulo 19. numero 6. Pelaez de maiorat. i. parte questione 51. numero 1. quod verum est, quando extra illud oppidum posset commodum matrimonium inire secundum Acoftam, & Sanchez vbi supra numero 38.

40 Unde valeret etiam conditio viduitatis respectu certarum personarum, vt lego Titia, si non nupturit Caio, Titio, & Sempronio, licet ita, cum l. sequenti ff. de condit. & demonstra. quia non prohibetur alijs nubere: sed hoc verum est, & procedit, quando moraliter loquendo, & expectatis circumstantijs occurrentibus, liberum ei relinqueretur re ipsa nubere: secus quando vitra eas personas nequit commodum nubere secundum Acoftam in d. s. si arbitratu ampliatione 8. nu. 1. Molin. i. tom. de iusti. & Tur. disputatione 207. col. 1264. quos refert & sequitur Thom. Sanch. vbi supra num. 39.

41 Similiter valebit conditio, ne matrimonium contrahatur cum ignobilis descendenti à Iudæis, vel Saracenis, quia relinquitur libertas contrahendi cum alijs: ita tenet Greg. Lopez in l. 3. tit. 2. 1. part. 2. in glo. con villana: Molin. late lib. 2. de Hispan. primogen. c. 13. num. 28. Gratian. in reg. 83. num. 1. Pelaez de maiorat. l. p. q. 51. num. 1. Azevedo in l. 11. num. 2. o. titu. 6. lib. 5. noue collect. Reg. Manuel Rodrig. i. tomo sue Summa in 2. editione ca. 133. num. 6. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 6. num. 6. Thom. Sanch. vbi supra, numer. 40. & huiusmodi conditio cum negatiua sit, omnes nuptias claudit, & comprehendit tam primas, quam secundas, & vltiores, vnde perpetua est, & quocunque tempore contrauentum sit, amittere legatum, cum in omnibus illis nuptijs eadem sit ratio prohibitionis, vt docet Pelaez d. q. 51. num. 36. qui num. 37. late probat, hoc procedere, etiam si matrimonium non consummaretur coniuge obeunte, vel religionem proficiente, sequitur Thom. Sanch. vbi supra numero 42. vbi cum Pelaez vbi supra num. 37. tenet, quod si matrimonium illud esset irritum, non amitteretur legatum.

CAPITULUM XXII.

An fidei iussores, vel pignora dari possint pro securitate matrimonij contrahendi?

SUMMARIUM.

- 1 Fidei iussores pro securitate matrimonij contrahendi interuenire, nullo iure prohibentur.
- 2 Pignora pro securitate matrimonij contrahendi, an interuenire possint?
- 3 Pona, vel arra an promitti possint in matrimonio spirituali, vel ingressu religionis?

Nullo iure prohibentur fidei iussores pro securitate matrimonij contrahendi interuenire posse: ita tenet Hostiens. in summa titulo de sponsalib. §. primo, numero secundo, ad fin. Alexand. de Neuo in capit. Gemma numero 31. de sponsal. Alberic. in l. final. numero septimo, c. de sponsal. Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio disputatione 38. numero 1. non tamen secundum ipsos tenebuntur ad penam, sicut nec ipsi contrahentes, sed bene ad interesse prout ipsi contrahentes ad hoc teneri probauimus supra cap. 17. num. 14.

2 De pignorbis contentum DD. qui in triplici sententia sunt diuisi: Prima habet interuenire non posse, nisi pro interesse praestando, & eo soluto, re-

stituenda esse praed. pignora, quia per l. final. c. de sponsal. rejicitur omnis poena demptis arris, ita tenent Anton. de Burrio numero nono, & Abb. numero 10. in d. ca. Gemma, & videtur eam sequitur Praepos. ibi numero 14. & tenent Summitta verba sponsalia, praecipue Rosel. numero 7. Angel. numero 15. Syluest. questione 3. dicto tertio, Brunel. de sponsal. conclus. 16. num. 7.

Secunda opinio affirmat, pignora pro securitate matrimonij interuenire posse, dummodo realiter tradantur, quia vocantur arra: l. prima, c. si Resor promissa, & c. iuncta glossa ibi, verbo pignora: ite quia traduntur loco arrarum: hanc tenent Specul. Archidiacon. Azco, Hostiens. & alij quamplures Auctores, quos refert Thom. Sanchez d. disputatione 38. numero tertio, vbi etiam citat Imolan. dicentem, hoc procedere, siue dicatur pignora tradi pro arris, siue pro matrimonij obseruatione, & Alexand. de Neuo addentem valere pignora, licet pro arrarum securitate, quae nondum tradita sunt, denotat, si in ea quantitate consistant, vt si promittantur mille aurei nomine arrarum, nec tradantur, sed in pignus dentur mille tritici modij: quia succedunt loco arrarum, & eius naturam sapient: limitant insuper Joan. Andr. & Alexand. de Neuo, nisi pignora magna sint atenta contrahentium dignitate, sicut eadem moderatione admittuntur arra, & haec secunda sententia mihi non displicet, praeterquam, quod eam sequuntur, & tenent plures Auctores.

Tertia sententia nihilominus verior est, & tenenda, nempe, quod si praecedat stipulatio poenae, & tradantur pignora, minime valeat haec conuentio: secus si praecedat arrarum stipulatio: & ratio est, quia cum principale non valet, corrui accessorium, quod eius naturam sequitur, regula accessorium de reg. iur. in sexto l. cum principalis 15 ff. de reg. iur. ergo cum poena non valeat, arra autem admittuntur, pignora accessoria arris valida erunt, & exclusis his dum poena accedunt, ita tenet glossa verb. matrimonium in l. Titia ff. de verb. oblig. & ibi Barr. in princ. num. 2. Alberic. in l. final. numero 3. c. de sponsal. & ibi Salic. num. 14. Anchar. in d. c. Gemmi num. 10. de sponsal. & Henric. numero 8. Carcer. de sponsal. lib. 1. ca. 5. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra numero 4. addens, quod in dubio, quando traduntur pignora, nulla praecedente poenae stipulatione, valet, licet nulla arrarum mentio fiat, quia censentur pro arris tradi, vt docent Henric. & Salicet vbi supra: quoniam, quando nulla praecessit poenae promissio, & traditum est pignus, licet dicatur tradi pro poena, valebit, vt tenet Sanchez vbi supra, quia nomine tantum, tenus poena est, nec admittenda est, secundum ipsum, limitatio Bartol. & Anchar. dicentium valere pignora, dum traduntur in quantitate, secus si in specie, similis namque arrarum limitationem improbat idem Sanchez d. lib. 1. disputatione 35. num. 2. & nos quoque supra ca. 19. num. 7.

Utrum autem in matrimonio spirituali, vel ingressu religionis possit promitti poena, vel tradi arras? non est praesentis operis: agitur tamen de hoc Thom. Sanch. d. lib. primo de matrimonio, disputatione 39. per totam.

CAP.

CAPITULUM XXIII.

An vxor virum alio migrantem teneatur comitari? & an valeat pactum cum poena tempore sponsalium adiecta cohabitandi virum in certo loco?

SUMMARIUM.

- 1 Vxor tenetur sequi virum alio migrantem, vt transferat domiciliu sub poena peccati mortalis, vt in numero secundo, & an requiratur causa ad hoc? numero tertio, limitatur duobus modis, numero 4. & 5.
- 6 Vxor an teneatur comitari virum vagabundum? & numeris sequentibus.
- 11 Vxor an teneatur sequi, & comitari virum, quando ipse ob delictum in exilium mittitur, & numeris sequentibus.
- 12 Vxor tenetur alere virum suum inopem, culpa sua bannitum.
- 13 Vxor quando ex causa necessaria recedit à domicilio, illud alio transferens, tenetur vir ipsam sequi, etiam si tamen quaedam differentia in hoc inter virum, & vxorem, de qua n. 14.
- 15 Pactum cum poena, quod vir teneatur habitare cum vxore in certa ciuitate, vel oppido an valeat? & numeris sequentibus.
- 20 Conditio apposta in primogenijs, quod successor teneatur habitare in certo loco sub poena amissionis, valeat.
- 21 Legatum sub conditione habitandi in certo loco, vel quamdiu in tali loco habitauerit, an valeat?

Quoad primum cum Diuo Augustino sentiendum est, vxorem teneri sequi virum alio migrantem, vt transferat domiciliu habetur in c. vnaqueque 13. quae 2. vbi praecipitur, quod vnaqueque mulier sequatur virum suum, siue in vita, siue in morte: cum enim coniuges teneantur ad mutuum obsequium, quod praestare sibi nequeant, nisi simul habitent, & vir si caput mulieris, ad Ephel. 5. & 1. ad Corinth. 11. consequitur, vxorem in hac cohabitatione subditam esse viro, nam cuius matrimonio consensit, in officio mariti esse debet, l. sicut 48 ff. de oper. liberti. haec conclusio est certissima, quam probant omnes DD. vt constat ex D. Couarr. in 4. de sponsal. 2. part. c. 7. in princip. num. 5.

2 Et cum haec materia grauissima sit, tenetur ad hoc vxor sub peccato mortali, secundum Nauar. in Manual. ca. 14. numero 20. Capuam lib. 2. decif. 59. numero 2. Philic. c. de officio Sacerd. 1. tom. parte 2. lib. 4. ca. 19. vers. 6. Manuel. Rodrig. i. tom. sue summa ca. 15. num. 2. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 41. num. 1. ad fin. estque verum proculdubio.

3 Nec desideratur causa iusta in viro mutandi domiciliu, ad hoc, vt vxor teneatur illum sequi, prout requirit affirmabat Alex. de Neuo in ca. de illo num. 11. de sponsal. & in ca. numer. 7. qui matrim. accus. pos. sed qualitercumque velit vir transferre domiciliu, astringitur vxor praepcepto comitandi eum, dummodo non ex causa turpi, & inhonesta, iux. gloss. in c. 1. de coniug. lepro. verb. sequatur, & ibi Hostiens. super eodem verb. Anchar. num. 6. Abb. in d. illo num. 4. de sponsal. & alios refert Tho. Sanch. vbi supra num. 5. si vero vir alibi vult se transferre ad tempus longum, non causa mutandi domiciliu, sed vt statim transacto eo tempore redeat ad suum domiciliu, licet

nonnulli teneant in hac specie, vxorem non teneri virum sequi, nisi domiciliu transferat: verius tamen est contrarium: nempe teneatur omnino eum comitari, quando ex iusta causa illa translatio fit, secundum Henric. in d. ca. de illo numero 3. de sponsal. & ibi Alexan. de Neuo numero 9. & Abb. numero 4. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 10.

4 Limitatur primo praefata prima conclusio vltissima, & communis, vt procedat, nisi vxor abique graui detrimento virum sequi non possit, sicut, nec debitur reddere tenetur cum notabili salutaris iactura: ita Dotus in 4. distinctione 34. questione vnic. articulo primo, ad secundum, in fine, sequitur Tho. Sanch. vbi supra num. 3.

5 Limitatur secundo, nisi maritus vellet vxorem pertrahere ad peccandum, aut si graui vitae periculo vxor virum sequens exponeretur, tunc namque eum sequi, aut comitari non tenetur, quia vrget magis praepceptum abstinendi à peccato, vitamque tuendi, quam comitandi virum, ita Summitta, verb. vxor, nempe Rosel. numero 3. Angelus, Syluest. questione 8. Tabien. questione 3. Artil. num. 6. & alij quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra numero 4. vbi ex hoc infert contra Nauar. lib. 4. consil. titulo de vxore, consil. secundo, numero quarto, quod vxor probabiliter timens necari à viro extra territorium non tenetur ipsum sequi.

6 Uterius obseruandum est, quod mulier non tenetur sequi, nec comitari virum, qui non vult habere certam sedem, sed hinc inde vagari, si tempore contracti matrimonij minime vagari solebat, aut si solebat, id vxor ignorauit, secus, si vagari solebat, idque vxorem non latuit, quia mores eius videtur approbare, & ad hoc onus se astringere: est communis secundum Couarru. vbi supra d. numero quinto, versio, sed i. marit. vbi alios allegat gloss. in ca. vnaqueque 13. questione 2. verb. sequatur, & gloss. in versio, sed etiam in ca. qui necessitate 34. questione 1. c. 2. Hostiens. in ca. 1. qui matrim. accus. pos. post princ. Abb. in ca. de illi numero 4. de sponsal. & ibi Henric. numero 3. & 4. Alexan. de Neuo numero 9. Praepos. numero 3. Anchar. in ca. 1. numero 6. de coniug. lepro. estque proculdubio communis, prout constat ex plurimis Aucthoribus ad hoc congestis per Thom. Sanchez vbi supra d. disputatione 41. numero 6. qui eam etiam sequitur, praesertim Guillier. Benedic. in 2. rep. c. Rainutius verb. euidam Petro numero 89. de testament. Tiraquel. in l. 1. conubial. glo. 1. parte 1. numero 39. Bernard. Diaz de Lugo in regul. 800. & ibi eius Additionatorum, Joan. Lup. in c. per vestras de donat. inter vir. & vxor. in princ. §. 9. num. 3. Montal. in l. 1. tit. 1. lib. 3. fori. Menoch. de arbit. iudic. cent. 5. casu 469. num. 4. §. 7. Gratia. in regula 499. numero 18. Ant. Cuchus lib. 5. instit. mai. titulo 11. numero 149. cum sequent. Azevedo in l. 29. in fin. tit. 3. lib. 6. noue collect. Reg. Nauar. in summa ca. 14. numero 20. Didac. Perez in l. 29. titulo 11. lib. 4. Ordinan. Manuel. Rodrig. in primo tomo sue summa ca. 15. numero 2. & tenent alij, quos refert Sanchez vbi supra.

7 Prima tamen pars negatiua praecedentis obseruationis intelligenda est, praeter quam si facile posset vxor viri sociam se exhibere, quia tunc tenetur eum etiam vagum sequi, vt cum Baldo tenent Tiraquel. Perez, & Sanchez vbi supra numero 7.

8 Secundo eadem pars prima negatiua praed. obseruationis intelligenda est, quando vagatio temeraria esset, nullaque iusta ratione fieret, secus, quando non temere, sed iuste vir vagari vellet, qui tunc tenetur vxor eum sequi, si eius consuetudinem vagandi ab initio actus nouerat, alias secus: vt ex alijs probat D. Couarru. vbi supra, necnon. & Ludou.

& Ludou. Lopez in *secunda parte Instructor. de matrimo. ca. 54. in fine*: Cuchus ubi supra num. 149. & Peguer. *decis. crim. 3. n. 11.*

9 Sed nihilominus adhuc est grauius onus astringere mulierem ad continue vagandum, & ideo tenebitur vxor sequi virum, quando est breuis vagatio; & ex honesta; & necessaria causa; secus, quando est longa, nisi solitus esset vagari, vxore id sciente, vt docet Prapost. in d. cap. de illis num. 3. de sponsal. quem sequitur Sanchez ubi supra num. 8. vbi cum alijs addit, non teneri vxorem sequi virum transfretantem ratione voti implendi, quando peregrinatio est sic longa; secus, si breuis esset.

10 *Uterius ibidem numero 9.* idem Sanch. intelligit secundam partem affirmatiuam, precedentis observationis, quae habet, vt vxor teneatur sequi virum, quando ipse consensus in vagandi nouerit, vt vera sit. si vagari velit ex causa honesta, iuxta gloss. in d. c. si quis necessitate, & alios, quos citat, hoc intelligens, quando non est inhonesta, & turpis vagandi causa, quia tunc (hoc est, quando vagandi causa est inhonesta, & turpis) cum vir vagandi peccet, non tenetur vxor eius peccato consentire, quod si causa vagandi non sit turpis, licet non sit necessaria, imo temere, & absq; causa vir vagari velit, tenetur vxor, quae eius consuetudinem nouerat, ipsum sequi, quendam Couar. & alios, quos ibi ad hoc citat.

11 Secundo obseruandum est in proposito, quod est magna sit inter nos fratres controuersia, an vxor teneatur sequi & comitari virum suum, quando ipse ob delictum in exilium mittitur, quibusdam exiustimantibus, vxorem eum sequi minime teneri, ne vxor innocens patiatur incommodum culpa viri, & ob alienum delictum puniatur, prout sunt Bald. in l. si cum dote m. si maritus numero 1. ff. sol. matrim. & ibi Joan. de Imol. numer. 17. in fine, & in rubrica numero 7. ff. eodem titulo: Alexan. in l. Menia §. final. ff. de ann. legat. Additio. Baro alios allegans in d. l. Menia §. vxore super verb. format. Palac. Rub. in repet. ca. per vesteras de donat. inter vir. & vx. in princip. §. 9. numer. 12. Henriquez libr. 11. de matrimo. cap. 10. numero 4. vbi idem tenet, quando vir est excommunicatus: verius tamen, & receptius esse credo, ac firmiter teneo contrarium, imo quod vxor in praed. specie teneatur virum suum in exilium in exilium culpa sua sequi & comitari, quia ipsa debet sequi viri infortunium l. si cum dote m. si maritus numero 1. ff. sol. matr. & ita cum viro excommunicato habitare tenetur, cap. inter alia de sententia excommunic. etiq; tenetur debitum reddere, ca. quoniam multos 11. questione 3. neque hoc est puniri vxorem pro viri delicto: sed pena imponitur viro, & quia vxor iure diuino tenetur eum sequi ex causa necessaria, & in euicibili alio migrantem, per accidens id infortunium patietur, non quidem per modum poenae, sed quia iure seruitutis tenetur dominum, hoc est, caput sequi: & in terminis vxoris erga maritum, exequentem à ciuitate ob homicidium admissum culpa sua ita tenet gloss. verb. exijt iuncta. textus in c. 1. qui matrim. accus. poss. & ibi Hostiens. super eu verbo. Joan. Andreas num. 2. Ant. de Butr. num. 9. Abb. numero 5. & in viro misso in exilium ob delictum tenet Hugo in cap. si quis necessitate 34. questione prima. & secundo. & Joan. Andr. cum Gofredo in d. ca. 1. numero 7. & ibi Alex. de Neuo numero 7. & Anchar. numero 4. & Ant. de Butr. in ca. de illis in fin. de sponsal. vbi Henric. numero 3. & Alex. de Neuo numero 11. Augustinus Bossius referens Cepolam in sua practica crimin. in tit. de crimin. de Maies. numero 32. & in titulo de bono publico num. 75. vbi idem dicit de viro excommunicato: idem sentit Speculat. in tit. de dote post di-

uort. restituend. §. formati numero 20. in vers. quid si vir est in banno; dum dicit, vxor communicabit viro, si est in excommunicatione, vel in banno: & vtrunq; sequitur, & probabilius esse censet Thom. Sanch. d. lib. 1. de matrimonio disputatio 41. n. 12.

12 *Quo fit, vt vxor quoque teneatur alere virum.* suum inopem, culpa sua bannitum, l. maritus bona mente ff. de iur. dot. vt aduersus glossam in l. si stipulata in sine verb. contra sexus naturam ff. de donat. inter vir. & vx. docent Gegas de crim. lesa Maies. t. questione 21. numero 4. Cefalus conf. 324. numero 13. lib. 3. Petrus Duemas contra alios in regul. 68. imitatione 10. Specular. & Bossius ubi supra, Julius Clarus in pract. crimin. §. si quesi. 82. statuto secundo, vers. item quero, vbi quod glo. illa communiter reprobatur Anton. Gabriel, & cum eo, & ceteris Thom. Sanchez ubi supra numero 13. addens, quod haec obligatio alendi est ex fructibus dotis, si hi facti sint: autem non sufficiant, de bonis paraphernalibus secund. Anton. Gabriel. & Jul. Clarus ubi supra.

13 Tertio obseruandum est, quod quando vxor ex causa necessaria recedit à domicilio illud alio transferens, tenetur vir ipsam sequi, quia quoad mutua obsequia coniugalia pares sunt, ita glossa in ca. 1. verb. sequitur de coniug. lepro. & ibi Hostien. Innocent. nu. 1. Anton. 11. Anchar. 6. & alios allegans Sanchez ubi supra n. 14. qui n. 15.

14 Ex supra dictis constituitur in hac materia differentiam inter virum, & vxorem, quoad comitandi obligationem, vt cum vir caput sit, ipsiusque sit gubernare, possit ad libitum eligere domicilium, & vxor tenetur eum comitari: vxor autem, cum subdita sit, nequit habitationem eligere, & virum cogere, vt ipsam sequatur, praeterquam, si necessitate coactio domicilium mutet: tunc enim jus matrimonij compellens virum cohabitare vxori, consequenter compellit, vt in eo euenit, ipsam comitetur, quia hoc spectat ad mutua obsequia coniugalia, in quo pares sunt, vt praediximus.

15 Circa secundum, de quo in titulo huius capituli, an scilicet valeat pactum cum poena in capitulis matrimonialibus adiectu, quod vir teneatur in certa ciuitate, vel oppido habitare cum vxore, ibique domicilium habere? maxime controuertunt DD. difficultas namque oritur ex decisione text. in l. Titio centum §. Titio centum, el. secundo, ff. de condit. & demonst. vbi cauetur, non valere conditionem legato adiectam, vt à monumento testatoris legatarius non recedat, vel quod in tali ciuitate domicilium habeatur, quia per eam jus libertatis infringitur; ergo eadem ratione similis conditio à sponalibus rejicitur, & in terminis ita voluerunt, & quae profiterentur Alexand. de Neuo in ca. 1. numero 9. de coniug. lepro. D. Couar. lib. 4. de sponsal. secunda parte ca. 7. in princip. numero 5. Ant. Gomez secundo tomo var. resol. ca. 10. num. 24. Salzed. in additionibus ad reg. Bernardi Diaz reg. 800. Azeued. in l. 9. nu. 34. tit. 15. lib. 4. & in l. 11. numero 21. & 22. titulo 6. lib. 5. noua collect. Reg. Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. de matrim. ca. 5. in fin. & supposita pacti nullitate, minime obligabitur maritus ad poenam adiectam praed. pacto secundum Alexand. de Neuo in d. ca. primo numero 10. quicquid contrarium probet Azeued. d. n. 22.

Nihilominus tamen vera communis, & tenenda sententia in iudicando, & consulendo habet id pactum esse seruandu in proposito, & teneri virum ad obseruationem ipsius: quia tempore traditionis rei fieri potest quis apponere pacta, & condiciones, quas voluerit, ca. verum de condit. appof. l. in traditionibus ff. de pact. diximus conf. 1. n. 1. & conf. 2. num. etiam primo, post Roland. à Valle conf. 62. num. 14. volumine 1.

Præter-

Præterea, quamvis hoc pactum contineat poenam, est tamen in fauorem matrimonij, vt conferuetur indiuidua vita, & cohabitatio inter coniuges in hac ciuitate magis quam in alia, oppidove; non vero per eam infringitur libertas matrimonij, cum imo ipsum liberet, & spontanee contrahi inter partes conueniat.

Probatur etiam ex l. 9. titulo 18. part. 2. ibi: otro se prometio por si, y por sus hijos de morar en tal heredad, para siempre jamas. Quem tex. inquit Greg. Lopez ibi, in gloss. para siempre jamas, notandum contra ea, quae aduertuntur in d. §. Titio centum neque oblat. tex. ille supra in contrarium expensus: quia loquitur, & procedit, vel saltem intelligendus est, in conditione vana, quae in nullius fauorem credit: ita Bart. ibi; numero 4. Cuman. Paulus de Castro, & Imol. Alexand. de Neuo, & Grego. Lopez supra citati, Palac. Rub. & Pelaez infra citandi, & Acolita lib. 2. Select. interpret. cap. 19. numero 5. & cum alijs Lara de annuis, & capellan. lib. 2. ca. 2. numero 67. pagina 363. & communiter alij DD. sed hoc pactum, de quo agimus, cedit, & adijcitur in fauorem maximum vxoris, ne patria deserat inter extraneos vitam agere cogatur: ergo validum est, etique non contradicendum. §. Titio centum, el. secundo.

Et in terminis hanc partem affirmatiuam tenent Hostiens. in summa titulo de coniug. seru. numero 5. in fin. & in ca. 1. qui matrim. accus. poss. paulo post princip. ibi Joan. Andr. numero 2. Anton. de Butro numero 9. Anchar. num. 5. est communis secund. Abb. ibi, qui eam sequitur, & Prapost. numer. 12. Ant. Gomez ubi supra d. ca. 1. numero 24. Palac. Rub. in Rubric. de donat. inter virum, & vxor. §. 2. numero 3. Bernard. Diaz de Lug. regula 800. Greg. Lopez in l. 2. titulo 5. part. 4. in glossa porque, Navar. in Manual. Latin. ca. 4. numero 20. Pelaez de maiorat. 1. parte questione 57. numero 2. & 3. Auendann. respons. 8. numero 1. Azeued. in d. l. 9. titulo 15. lib. 4. num. 34. dum dicit, secus esse (nempe, quod valeat dictum pactum) si possit interesse, & in fauorem alicuius apponeretur tale grauamen secund. Grego. Lop. & Ant. Gomez. vbi supra sic intelligentes hanc secundam, & communem sententiam: est communis etiam secund. Villalob. in suo Azeued. comun. opin. littera V. numero 12. c. sequitur etiam eam Marc. Anto. Cuchus lib. 5. instr. maio. tit. 11. num. 150. & Specul. conscient. tractatu 2. c. 36. §. 1. Pedraza 7. precept. §. 19. Lud. Lop. in parte Instructor. ca. 54. ad fin. Capua li. 2. de cystem ca. 59. n. 2. Summa Rosel. in ver. vxor. n. 3. & ibi Angel. n. 9. Syluest. quest. 8. Tabien. qua. 2. n. 3. Armill. numero 6. Philae de offi. Sacerd. tom. 1. parte 4. lib. 4. ca. 19. vers. sexto. Manuel Rodrig. 1. como sua summa ca. 15. numero 2. & plures allegans Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatio 40. numero 2. & Lara ubi supra n. 70. vbi citat pro hac parte Matienç. in rubrica titulo 1. de matrim. glossa vnic. num. 95. lib. 8. nepos. & Couar. in 4. parte ca. 7. n. 5. & alio.

16 Quod si maritus discedat ab illo loco absque iusta causa, poterit ab vxore vindicari, vt in loco promisso demoretur, vt per bona iura concludit Ant. Capitius decis. Neapol. 135. quem refert, & sequitur Auendann. ubi supra in fine d. responsi. & Lara d. numero 70. Ceterum satisfaciet vir in hac specie soluendo interesse, nec renebitur praefice habitare, iuxta omnium concordem sententiam secund. Couarru. ubi supra d. num. 5. Greg. Lopez, Anton. Gomez, & Azeued. ubi supra. & poena huius pacto adiecta valebit secund. Anton. de Butr. in d. c. 1. qui matrim. accus. poss. numero 9. & ibi Abb. n. 5. Alex. de Neuo numero 6. & Thom. Sanchez ubi supra nu. 5.

Ubi quod si noua causa recedendi superuenit, 17 tunc pactum non obligat secund. omnes DD. iuxta allegatos, & Tiraquel. in l. 1. conubiali glossa 1. parte 1. num. 39. nec etiam poena secund. Tiraquel. ubi supra, & Pelaez numero 7. Didac. Petre in l. 29. titulo 11. lib. 4. ordinam. Azeued. etiam d. numero 34. in fine, & in l. 29. in fine titulo 3. lib. 6. noua collect. Reg. & Lara ubi supra numero 71. quod procedit etiam si pactum praed. iuramento firmatum fuerit, vt probat Sanchez ubi supra numero 4. cum Abb. in d. ca. 1. numero 5. & Alexand. de Neuo num. 6. qui matrim. accusare poss.

Quod si vir non obstante praed. pacto, absque 18 noua causa superueniente domicilium mutet, vxor non tenetur eum comitari, quia lex diuina in hoc euenit, eam ad comitandum virum non obligat, quicquid contrarium dicat Calderin in ca. 1. de coniug. lepro. ita tenent quum plures Auctores ex supra citatis, nempe Bernard. Diaz, Angel. Syluester, Armill. Navar. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. ubi supra n. 6.

Ubi etiam, quod si noua causa superueniat, ob 19 quam licite contra pactum recedit vir, tenetur vxor ipsum sequi in ijs casibus, in quibus secluso pacto tenebatur: quia cum tunc pactum non astringat, perinde iudicandum est ac si pactum non esset, secundum Hostienç. & alios plures, quos ibi ad hoc citat.

Ex quibus omnibus deducitur, valere conditio- 20 nem appositam in primogenijs, vt successoribus poena amissionis maioratus teneatur in certo loco habitare, quia interest defuncto ad eius memoriam, & honorem conseruandum, vt successor maioratus commoretur in loco, vbi domus, & familia sua est, alio namque migrante successeur facilius memoriam, nomenque institutoris aboletur, vt late probat Pelaez de maiorat. prima parte quest. 57. per totam, & in melioratione tertij Azeued. in d. l. 11. numero 22. titulo 6. lib. 5. noua collect. Reg. & vtrumque tenet Sanchez ubi supra numero 7. vbi hoc verum intelligit ex supra dictis, nisi iusta causa recedendi interueniat secund. Pelaez ubi supra n. 5.

Ultima denique aduertendum erit, digrum 21 esse, si testator leget Titio sub conditione habitandi in certo oppido, vel si leget, dum in tali oppido habitauerit, in priori namque casu, reiecta conditione, quae seruitutis speciem continet, debebitur legatum, quando in nullius fauorem redundat praed. conditio, iuxta d. l. Titio centum §. Titio centum, el. secundo; iuncto eius communi intellectu, de quo supra: in secundo vero casu non reijcitur is modus, quamuis in nullius fauorem is cedat, non enim inuitatur legatarius ad speciem seruitutis, sed spe lucri, vt in certo loco habitet secund. Acolitam lib. 2. select. interpret. ca. 19. numero 5. quem refert, & sequitur Tho. Sanchez ubi supra numero 8.

Agitur

Agitur late in capite cap. sequentis, quibus ex causis sponsalia de futuro dissoluantur?

CAPITULUM XXIII.

An sponsalia de futuro, mutuo contrahentium consensu, dissoluantur? vel lapsa termino ad matrim. celebrandum assignato?

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia de futuro an. Et quando mutuo contrahentium consensu dissoluantur, etiam iurata? & numerus sequentibus: ubi etiam quid, quando unus requirit alterum, & hic noli?
- 6 Sponsalia certo tempore contrahenda, an eo transacto dissoluantur? & quid in dubio? numer. 7. & sequentibus.

Habemus de primo tex. in ca. secundo, incip. Præterea, de sponsal. cuius verbo sunt hæc: Præterea hi, qui de matrimonio contrahendo pure, & sine vlla conditione fidem dederunt, commoendâ sunt, & modis omnibus inducendi; vt præstitam fidem obseruent, si autem se adinuicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat; vt talem, scilicet ducat, quam odio habet, videtur, quod ad iustitiam, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea, eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari. Qui tex. secund. Hug. & glo. finalem ibi loquitur de comparatiua permissione, & dispositione, vt indicant verba illa: hoc possit in patientia tolerari, ne deterius inde contingat: ergo alias de merito iure debent compelli sponsi, vt fidem, aut iuramentum seruent: hunc intellectum ad d. ca. secundum de sponsal. sequitur etiam Joan. Andr. in ca. de illa numero 1. in fin. de sponsal. Lanzelot. instrum. iuris Canonici, lib. 2. tit. de spons. in verbo tolerari. Nihilominus tamen versus germanus, & communis intellectus d. ca. 2. est, vt sponsalia de futuro puberum dissolui possit de iure mutuo ipsorum consensu ex illo tex. & quia omnis res per quascumque causas nascitur, per eandem dissoluitur, vt in regula juris vulgari. Deinde quia in hac specie adfuit contractus tantum, & fides præstita de contrahendo matrimonio, non vero matrimonium, nec sacramentum; vt patet: ergo contractus ille, qui solo consensu fuit celebratus, solo etiam consensu re integra dissoluitur, ab emptione s. ff. de pact. tandem, quia tex. in d. ca. 2. de sponsal. ad hoc idem decidendum in præd. sponsalibus de futuro mouetur similitudine societate, quæ cum merito iure mutuo consensu dissoluitur incongrua profecto ratio esset, si ex sola permissione, & dispensatiua procederet decisio d. ca. 2. de sponsal. quod si ibi dicitur, prius esse monendos, & modis omnibus inducendos, vt fidem præstitam obseruent, ideo censetur dictum, quia vulgi opinioe atrenta, videntur hi vinculum fidei præstitæ offendere, & ideo sunt monendi contrahere, vt à mala apparentia desistant, quamuis malum non sit, etsi nolit, tolerat Ecclesia non solum permissens, sed etiam approbans: ita hunc intellectum tenet Tancred. quem ibi ceteri contra Bernard. sequuntur, secundum D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte ca. 5. in princ. numero 1. qui sunt Gofredus in Summa titulo de sponsal. numero 9. Hostiensis in d. ca. 2. in fin. de sponsal. Innocent. in ca.

scilicet eodem titulo numero 7, Henric. in ca. de illa numero 5. eodem tit. Felin. in d. ca. 2. numero 6. & in ca. 2. numero 2. de iur. iur. Brunel. de sponsal. conclusio 9. numero 2. Martin. de Garatis, inter consilia matrimonium, Zileti, consil. 15. Greg. Lopez in l. 7. in glo. excusacione tit. 1. partita 4. D. Thom. in 4. distincione 27. quest. 2. art. 3. ad 5. & ibi Soto artic. 5. D. Antoni. in 3. parte sue summe tit. 1. ca. 18. S. 1. casu 5. & Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. disputatione 52. numero 2. vbi num. 6. plures alios idem tenentes citat: & est pro hac parte lex clara s. ibi, la quinta et, si los que son de sposados, se de faciniosos, e consenten ambos para depararse. tit. 1. partita 4. ergo procedit tam de Jurè Ciuili, quam Canonico; & in terminis tenet Motius de sponsalibus, tit. quomodo soluantur, seu annullentur sponsalia numero 3. folio 170. & ita quotidie in praxi seruamus. Quod procedit etiam, si sponsalia fuerint iurata, quando iuramentum illud principaliter in fauorem partium præstitum fuit, vt conuenient fere omnes in hoc, vt constat ex D. Couar. vbi supra, qui hoc bene probat: Et de pact. in 6. prima parte s. 3. num. 1. & 4. & latissime plures allegans pro constituto hoc docet Thom. Sanchez vbi supra d. num. 6. inter quos præter alios hoc tenet Ant. Cuchus lib. 5. instrum. maior. titulo 10. nu. 60. Petr. Greg. in Synagm. iur. viuet. parte 2. lib. 8. ca. 2. numero 8. Matienç. in rubrica tituli 1. glo. 1. num. 4. s. lib. 5. nona collect. Reg. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 2. casu 103. numero 2. Lanzelot. in Instrum. iuris Canonici lib. 2. titulo de sponsal. verbo liberent. Mascard. de probat. conclusio 1035. numero 17. Martin. de Garatis vbi supra numero 11. Nauar. in Manual. Latinae 2.2. num. 25. casu 1. D. Thom. 2.2. quest. 89. art. 2. ad secundum, Motius vbi supra numero 4. vbi dicit communem, & quod glo. contraria in d. ca. Præterea de sponsal. videtur communiter reprobata secundum Abb. ibi, & alios plures, quos citat Manuel Rodriguez in 1. tomo sue summe in secunda editione ca. 245. nu. 10. & quam plures alij Theologi, & Juristæ idem tenent, quos allegat Sanchez vbi supra. Et nōdum procedit præsertim communis sententia in iuramento in fauorem alterius partis præstito: sed etiam, quando iuramentum esset principaliter adiectum in honorem Dei, vt si intuitu pietatis quisque iure femina pauperi se eam dūcturum, sed tota res promissa cedit in fauorem partis, secundum veriore, & multo probabiliore sententiam Doctorum contra alios, quam refert, & sequitur, & probat Thom. Sanchez vbi supra numero 7. s. 8. & 9. & ego quoque probō: quicquid contrarium velit Motius vbi supra numero 5. Nonnulla tamen in proposito obseruanda sunt: primum, quod tunc dicitur aliterum à sponsalibus resilire, vt alter liber maneat, quando apparet alterum requisitum, vt contrahat; nolle illo tempore, nec alio contrahere: alioqui, licet ille pronocatus dicat, se nolle illo tempore contrahere, non sequitur eum dissentire, quia forsitan illud tempus non videtur sibi conueniens ad contrahendum ob aliquam causam secund. Couar. in 4. de sponsal. in prima parte d. ca. 5. in princ. numero 8. Ludou. Lopez in secunda parte sui Instrum. de matrim. capite 38. folio 1047. & Thom. Sanchez vbi supra numero 5. qui hoc ita accipiendum esse ait, quando nullus terminis sponsalibus contrahendis delinatus est: quia si is destinatus sit, causa finitæ obligationis, manebit alter liber: fecas, si causa illius sollicitandæ, vt dicitur infra numero 7. in d. Ant. Cuch. lib. 5. instrum. maior. tit. 10. numero 70. Unde secund. Alexand. de Neuo in ca. sius numero 17. de sponsal.

de sponsal. quando terminis præfixus non est, quantumcumque tempus lapsum sit, licet alter contradicat, alter nō remanet liber, quia potest petere coram iudice, contradicentem compelli; hoc tamē durum videtur Thomæ Sanchez d. disputatione 52. numero 5. quia non tenetur alter litem mouere, præmaxime, si sit femina, & ideo dicendum esse putat in præd. specie, quod si nullus præfixus est terminus, si alter requisitus id renuat tanto tempore, vt sit in mora, peccet lethaliter contra fidem sponsalium præstitā, alterum liberum manere: quia frangenti fidem fides seruanda non est. l. cum proponas 21. C. de pact. l. si conueru. ff. pro Soc. ca. si infidelis 28. quest. 2. Secundo obseruandum est d. cap. 2. de sponsal. vere, & proprie tunc procedere, cum sponsi simul libere mutuo consensu, non coacte, sponsalia præcedentia dissoluant: fecus, si vna vel altera pars non libere, sed coacta, & inuoluntate mixte remittat fidem præstitam, tunc namque in foro conscientie, huiusmodi remissio non exculabit, sicut nec aliorum debitorum, vt in exemplis positus à Thom. Sanchez vbi supra numero 2. vbi, quod quando alter lubens assentitur, obijcit tamen difficultates ad inuendum matrimonium, & incommoda, quæ inde emergūt, vt parentum repugnantiam, paupertatem, &c. tunc remissio exculat, & quamuis sicte sponsus eam voluntatem ostenderit, quia nimirum propositum habet nullo modo assentiri, & tamen exterius se paratum ostendat, si altera remittere nolit, tutum cum reddet remissio: quia libera fuit; & in alium propositum in animo retentum, peccatum fuit in ordine ad Deum, iniuriā autem nullam intulit, sicut aliorum debitorum remissio ira obtenta valida est, iuxta tradita per eundem Thom. Sanchez lib. 4. disputatione 9. num. 170. Pro maiori autem securitate negotij oportebit, quod præd. vera remissio vtriusque partis fiat coram Ordinario Ecclesiastico contrahentiu, vt prius moueantur, & modis omnibus inducantur ad obseruantiam fidei interpositæ, & inter se præstite de contrahendo matrimonio, vt in præd. cap. 2. cautur: quo facto per iudicem, si adhuc partes consentiant in dissolutione sponsalium, iudex eam dissolutione approbat, licentiamque vtrique concedit, libere cum alio contrahendi, & ita sepe fieri vidi, & feci: si tamen hic iudicialis actus omittatur, sed coram Tabellione, vel Notario, & testibus, vel saltem coram testibus idoneis, hæc dissolutio libere fiat, hoc iudice probato, valebit præd. remissio, ac proinde nullum impedimentum præstabit præcedentia sponsalia, quomius alter cum alia contrahere possit, & e contra; siquidem præcedentia sponsalia de futuro, per communem consensum vtriusque partis dissoluantur, iuxta tex. in d. cap. 2. & communem eius intellectum supra relatum: at quod debeat præcedere præfata monitio, potius videtur de consilio ad sedandam vulgi opin. quam de præcepto, salua censura Sanctæ matris Ecclesiæ. Tercio obseruandum est, quod quando alter tantum à sponsalibus resilit, quous ab obligatione immunis non fit, alter tamen immunis manebit, eo quod prior sponsalibus renunciat secund. Sarmien. lib. 1. select. interpret. cap. 5. numero 4. Henricus lib. 11. de matrim. cap. 14. numero 6. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 52. numero 4. Quod si secundus contradicatur resiliens, prior resiliens ante consensum, secundi contradicentis, poterit penitentia ductus redire ad sponsalia, reuocando suam præcedentem dissensionem, & compellere alterum ad perficiendam priorem vtriusque consensum de contrahendo matrimonio, vt id cum effectū celebrent.

Nunc autem videamus, vtrum termino sponsalibus contrahendis præfixo, transacto, liber maneat is, per quem non stetit, & videtur prima facie dicendum, liberum non manere ex tex. l. Celsus 27. s. 1. ff. de recept. arbit. ibi: sed ipse recte putat dūb esse arbitri præcepta: vnum pecuniam dari; aliud intra calendarum dare; licet igitur in penam non committas, quod intra calendarum non dederis, quoniam per te non steterit: tamen committis in eam partem, quod non das, ex quo tex. patet in obligatione soluendi certum tempore, duo contineri, vnum soluendi: aliud eo tempore præfixo hoc faciendi: ergo non impleto hoc posteriori, adhuc remanet prior obligatio. Rursus in terminis nostris contrarium probat tex. in cap. si cui de sponsal. ibi, nisi in iuramento tuo certum terminum præfixeris, intra quem dictam duceres in vxorem, & per eum non stetit, quin ad statutum terminum matrimonium consummarit. Pro quorum iurium concordia, & conciliatione obseruandum est, dupliciter posse terminum obligationi adijci: primo ad restringendam, seu finendam obligationem; & tunc lapsa termino cessat ex parte eius, per quem non stetit, l. fideiusor 29. s. final. ff. mandat. ibi: fideiusor, si solus tempore liberatus, &c. Et ibi glossa verb. fideiusor, exponit, id est, quia fideiusullerat, vt ad tempus reuenerat, & l. obligationi, la segunda, paulo post princip. ibi, ad diem autem, vique ad calendarum dare spondes; iuncta gloss. ibi, verb. dare ff. de action. & oblig. Secundo modo præfati adijci terminus ad soluendum obligationis effectum, id est, ad constituendum tempus, vt debitor deinceps in mora non soluendi constituitur, & tunc lapsus termini non extinguit obligationem, quo casu loquitur, & procedit dispositio tex. in d. l. Celsus s. 1. & cap. cum dicitur de dolo contrum. ibi, cum mandat alicui, vt ad certum tempus præstentur: ergo licet contrahens deficiat, adimplere in illo termino manebit in altero faciendi allicitus: terminus namque tunc adijcitur, vt debitor citius impleat: ergo non debet contrarium operari, hoc est, liberationem: sic docent Ant. de Butrio in d. cap. si cui, numero 10. Abb. numero 11. Alexand. de Neuo 18. Præpos. numero 7. Angel. in summa verbo obligatio num. 7. & Syluest. eodem verbo, questione 11. Summa Tabien. questione 3. numero 4. Artil. numero 4. Brunel. de sponsal. consil. 2. nu. 4. D. Couar. vbi supra, nemp. lib. 4. de sponsal. parte ca. 5. in princip. num. 8. vers. secundo procedit, & c. Mart. Ant. Cuch. lib. 5. instrum. mai. tit. 10. nu. 67. cum sequentibus, Lanzelot. instrum. iuris Canon. lib. 2. tit. de sponsal. verb. terminum, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 53. num. 2. Motius de sponsal. tit. quomodo soluantur sponsalia numero 13. folio 171. columna secunda, ad fin. & columna tertia, in princip. Quod si dubitetur, quando censetur terminis adiectus, ad finiendum, limitandum, & extinguentem obligationem, & quando ad sollicitandum, vbi de contrahentium animo non constat, duo obseruanda sunt. Primum, quando terminus ab vno tantum contrahentium delinatur, vt alter intra illum impleat, censetur delinari tantum ad sollicitandum, vt si promittam tibi fore, vt vendam rem meam intra mensem, re non allicito ad emendum secundum Ant. de Butr. Alex. de Neuo, & Thom. Sanchez, num. 3. vbi sup. Secundum, quando terminus ab vtroque contrahentium imponitur, respectu alicuius rei per vtrumque adimplende, si initio contractus adijcitur, hoc est, antequam contractus sit perfecte initus, & obligatio contracta, censetur adiectus causa restringende obligationis, vt eo transacto, ipsa non duret, quando vero terminus adijcitur obligationi iam perfecte, & contractui consummato, censetur adiectus causa solici-

sollicitanti, ac proinde ipsius lapsus obligatio nõ extinguitur, vt in d. l. *Celsus*. primo cum similit. ita resoluit Abb. Alexand. de Neou. num. 18. cum sequentibus, Couar. vbi supra. versic. sed in dubio. Præposit. Angel. Syluest. Tabiena, Brunel. Anton. Cuchus nu. 68. cum sequentibus & Thom. Sanch. vbi supra d. num. 3. & Motius vbi supra num. 13.

8 Juxta quam distinctionem in specie nostra sponsalium de futuro dicendum est: quod si sponsalibus jam contractis tractetur ex intervallo de die matrimonij celebrandi, lapsus termini neutrum liberet ab sponsione; quia cum accedat contractui sponsalium perfecte inito, censetur adiectus ad sollicitandam obligationem, nec eius lapsus obligationẽ extinguit, si autem tempore ipso, quo sponsalia contrahuntur, apponatur terminus, vt si aliqui non absolute dent sibi fidem de matrimonio contrahendo, sed de contrahendo tali termino, tuac lapsus termini eximit ab obligatione illum, per quem non fecit in priori namq; casu procedit, & intelligitur d. l. *Celsus* §. 1. in posteriori autem tex. in d. c. sicut de sponsal. vt constat ex verbis illius, ibi, nisi in iuramento suo certum terminũ, intra quem dictam sœmiã duceat, præfigit, vt tenet expresse Archid. in cap. nuptiarum 27. quest. 1. vbi explicat d. c. sicut, quando spõsi se obligarunt ad eum terminum, ita, vt ultra non teneantur, Abb. in d. c. sicut. num. 11. & in c. de illis de sponsal. lib. nu. 5. & inc. cum dilecti, n. 12. de dol. & contum. & alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra nu. 5. inter quos Couar. vbi supra d. n. 8. & Greg. Lopez in l. 7. tit. 1. partia 4. in glos. excusacion. Ant. Cuch. d. lib. 5. in fine, maio. tit. 10. num. 67. cum sequenti, Viuald. in suo Candelabro Aureo 7. sacrament. 1. parte de spons. cap. 5. num. 4. Lanzel. instit. iuris Canonici lib. 2. de sponsal. verb. terminum, Ludou. Lopez in 2. parte sui Instit. de matrim. ca. 38. fol. 1047. & alios Summistas supra citatos aduersus alios plures ab eodem Thom. Sanchez allegatos numero 4. tenentes indistincte, lapso termino in sponsalibus adiecto, semper ea dissolui ex parte eius, per quem non stat: verum, præd. distinctio est vterque, probabilior, communis, & tenenda.

9 Ex qua deducitur, (estque menti tenendum, ne erres in praxi.) quod etiam si tempore ipso, quo sponsalia contrahuntur, apponatur terminus ad matrimonium ipsam celebrandũ, si tamen absolute dent sibi fidem, atque sibi inuicem promittant de matrimonio inter se omnino, & præse contrahendo, licet in eodem contractu adijciatur, & signetur certus aliquis terminus de consensu partium ad illud matrimonium celebrandum, etiam transacto termino tenebuntur contractum adimplere, ea nempe ratione, quod tunc non eo animo terminus assignatur, vt limitetur, & extingatur obligatio termino transacto, siquidem ex mente ipsorum contrahentium, constat manifeste, esse absolutam suam voluntatem contrahendi matrimonium omnino, sed vt obligatione præmissa adhuc durante ea sollicitetur, & citius, ac commodius adimpleatur, cum omnes contractus ab intentione, consensu, & voluntate partũ regulentur: & ita communiter fieri videmus, quod in instrumentis & pactionibus dotalibus ponitur terminus matrimonio & nuptijs contrahendis, data fide absolute contrahendi: & nihilominus transacto illo termino neutra pars resilit, nec resillire potest: nec obstat secundum membrum præd. distinctionis, quia loquitur, quando aliqui non quidem absolute dant sibi fidem contrahendi matrimonium, sed de eo contrahendo tali termino restrictiue: nos autem hic agimus, quando absolute dant sibi fidem de contrahendo matrimonio, & causa commodioris adimplementi, vel boni alterius respectu assignatur terminus,

prout in dubio presumendum est, nõ vero causa restringendi, & finiende obligationis, cum id alias non constat, quod est diuersum.

Limitatur etiam, & secundo præd. secundum membrum distinctionis tenende, vt intelligatur, & procedat, vt per lapsum termini, in ipsorum contractu adiecti, soluantur sponsalia, quando stetit per vtrũque contrahentem, quominus perficeretur matrimonium; alias si stetit per alterum tantum, hic ad hoc ligatur, ne ex culpa sua commo dum reportet alter vero liber manet, vt clare deducitur ex d. cap. sicut. ibi, & per te nõ stetit, & tenent in terminis Cardinal. ibi ad fin. Alex. de Neou. num. 20. & Præpos. 7. addens in dubio videri per alterum stare, quando vnus paratus est, sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 6. vbi numero 7. cum Paludan. in 4. distinct. 27. quest. 1. art. 3. casu 4. numero 20. hoc limitat, quando is, per quem stetit, legitimo impedimento sponsalia aut contractum non perficit, quia tunc minime dissoluitur, cum non stet per eum, vt ibi late probat: & num. 8. Idem tenet, quando vtique iusto impedimento detentus non perficit tempore præfixo, secundum Joan. Andriam in cap. final. num. 4. de sponsal. & Cardin. ibidem ad fin. & Alexand. de Neou. num. 20. Præpos. num. 7. in fine, quare minus bene censuit Anton. de Butrio ibi, num. 10. tunc temporis manere vtrumque sponsalibus obligatum, minime tamen peccare, aliud matrimonium celebrando; nam si obligatus manet, peccat non implens, vel si non peccat, non manet ligatus.

Ultimo obseruandum est, quod quando tempus designatur à iudice sponsalibus perficiendis ob fornicationis periculum imminens, potest, eo tempore elapso, is, per quem non stetit, aliud inire matrimonium: quia præd. terminus censetur appositus obligationi finicndæ, ne diutius cum fornicationis periculo, nuptia prorahantur, secund. Præposit. in c. de illis nu. 5. casu 5. de sponsal. quem sequitur Sanchez vbi supra numero 9.

CAPITULUM XXV.

An per ingressum religionis, professione non sequata, dissoluantur sponsalia?

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia ad dissoluantur per ingressum religionis, professione non sequata, & numerus sequentibus: & quid si sponsalia sint iura numero 2. & 3. limitatur communis, & tenenda sententia affirmatiua.
- 4 Sponsalia iurans, si postea religionis voto se astrinxerit, an possit licite matrimonium inire, animo firme ingrediendi religionem.
- 5 Sponsalia iurans nullo astrictus voto an possit matrimonium inire animo ingrediendi religionem, an tequam consummet?
- 6 Sponsalia contrahens, & sub ea spe virginem desponsans, an possit religionem ingredi?
- 7 Votum religionis, aut castitatis prius omittens, virginem, postea desponsans fide data de matrimonio contrahendo cum ea, an teneatur ad matrimonium, vel prius ad votum?

DUæ sunt opiniones in hoc articulo, quas cum suis Authoribus refert nouissime Thomas Sanchez lib. primo de matrim. dispensatione 42. per totam: prima est negatiua, quam tenet, & probat D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte cap. 5. in principio, num. 11. versic. sexto, Brunel. de sponsal. conclusionem 8. num. 1. Alexand. Carrer. lib. 1. de sponsal. c. 25. Costan. de sponsal. titulo effectus sponsal. numero 8. volum. 9. tract. diuers. Doct. Anto. Cuchus lib. 5. in fine, maio. titulo 10. numero 57. Turrecremat. in cap. vbi

vbi non est 30. questione 2. articulo 4. num. 5. Mocius de sponsal. titulo, qui modis soluantur sponsalium, 6. fol. 170. columna 4. Summa Armill. verbo sponsalia, numero 12. Durand. in quarto distinctione 27. questione 3. articulo 3. & ibi Palud. questione 1. articulo 3. casu 5. versic. de ordin. vero religionis, numer. 23. & ibi Caiet. questione 3. Viguerius lib. in fine, cap. 6. §. 7. versic. se primo, Alph. à Veracruz in prima parte specul. coniug. articulo 21. casu primo, & dicit esse probabilem Petrus de Ledesma de matrim. quest. 43. articulo 3. num. 2. & in Summa de sacram. matrim. cap. 3. de los desposorios fol. 45. col. 1. & hæc est satis probabilis sententia secundo. Tho. Sanchez vbi supra d. dispensatione 4. n. 1. ad fin. vbi refert Palud. dicentem ingressum ante professionem sufficere vt manens in seculo possit iudicem adire, qui ex causa iusta facultatem concedere poterit, aliud in eundem matrimonium: sed in consilio iudicis, vel eo denegata facultate, minime posse, sed teneri alterius professionem expectare.

Secunda opinio principalis affirmat, per solum ingressum ante professionem dirimi sponsalia præcedentia, & posse statim manentem in seculo aliud matrimonium contrahere, & omnino solutum esse à priori fide data: hæc late probat, sed non vrgenter Thom. Sanchez vbi supra numero 2. plures Authores pro ea citans nempe Angel. in summa, verbo sponsalia, num. 2. & ibi Syluest. questione 10. casu 2. Innocent. in cap. veniens super verb. votum: qui cleric. vel vouit. & ibi Hostienf. Joan. Andri. numero 2. Anchar. numero 1. Nauar. in Manual. Latin. c. 22. nu. 26. casu 2. Greg. Lopez in l. 7. in glos. excusacion. tit. 1. partia 4. Dominic. à Soto in 4. distinct. 27. quest. 2. art. 5. vers. hoc tamen: Corduba in summa quest. 126. puncto 1. Barthol. à Ledesma de matrim. dubio 13. casu 1. Enriquez lib. 11. de matrim. ca. 1. numero 3. Candelabro aureo 7. sacram. 1. parte de sponsal. cap. 5. numero 40. Ludou. Lopez in 2. parte Institut. de matrim. cap. 13. fol. 1044. Petrus à Ledesma vbi supra, vbi quod est communis & probabilior: Philarc. d. offic. sacer. 101. 1. parte 2. lib. 4. c. 1. Manuel Rodrig. in 1. tomo sua summa in 2. editione ca. 245. numero 1. Vega lib. 3. sua summa casu 323. quid tenendum? Ego in rigore juris priorem negatiuam sententiam probo, quia nullibi cauetur, quod solum ingressus religionis ad hoc sufficiat: at tamen, cum nihilominus videam, ita communiter receptam esse hæc secundam opinionem affirmatiuam, censeo posse secure ipsam teneri in vtroq; foro in iudicando, & consulendo, præsertim artenta l. §. in principio, ibi, entra en orden de religion, titulo 1. partia 4. dum de solo ingressu religionis agat, illa ad dissoluenda sponsalia præcedentia, non vero requirit, ad hoc professionem simul.

Limitant hæc sententiam Barthol. à Ledesma, Manuel, & Vega vbi supra vt non procedat, quoties ingressus religionis fraudulenter fit ad fraudandum alterum sponsum: sed hæc moderatio secund. Thomam Sanchez vbi supra, non est necessaria ad hoc, vt manens in seculo liber sit, ipse tamen dolosus, qui animo statim exeundi, ingreditur religionem, astrictus adhuc remanebit, quia fraud nemini patrocinari debet, cap. ex tenore de script. cum similibus: si vero sponsus bona fide ingreditur monasterium, vt communiter fit, per eum ingressum vtique liber remanebit, ita, vt si postea habitum deserat, poterit libere matrimonium inire, sicut manens in seculo, vt late comprobatur Sanchez vbi supra num. 5.

Similiter inter DD. controuertitur, an hæc secunda sententia procedat, etiam si sponsalia præcedentia fuerit iurata, ita, vt alter sponsus possit ingredi religionem matrimonio minime contracto, vel reneat prius id contrahere, vt iuramentum seruet?

& pro parte affirmatiua inter alia fundamenta adducitur tex. in cap. commissum de sponsalib. vbi ita disponitur. Tarius est et, religione iuramenti seruata, prius contrahere, & postea, si elegerit, ad religionem migrare: secundo adducitur in argumentum tex. in cap. debitores de iure iurando; vbi, qui iurauit soluere viurus, ob reuerentiam iuramenti, tenetur eas soluere: licet post solutionem, possit eas repetere, similiter & tertio; quia, qui tenetur soluere debita, si soluendo est, tenetur prius ea soluere, quam religionem ingrediat, secundum omnes: ergo & hic matrimonium contrahere, cum ad id iure iurido se prius astrinxerit, & adimplere possit: & ita hæc opinio in terminis tenet Ricard. in 4. distinctione 49. articulo 2. questione 4. Nauar. in cap. non dicatis numero 3. 12. questione 1. & in nouis operibus in ca. qui portio 12. questione 1. numero 8. Ledesma in secunda parte quartæ, questione 45. numero 3. Maiol. lib. 2. de irregulari. cap. 34. numero 6. Angles. in suis florib. Theologicis, questionum 2. parte questione 11. de impedimento matrimonij, de voto art. 3. dubio 1. folio 591. Vega lib. primo sua summa casu 389.

Sed vterque communis, & omnino tenenda sententia est in contrarium, imo quod possit hic religionem ingredi, matrimonio non contracto, licet iurauerit illud se contracturum: quia tex. in d. c. commissum, tantum dicit, tutius esse prius contrahere matrimonium, & sic consilium tantum importat; ergo potest tuto oppositum fieri: secundo, quia iuramentum fortitur naturam, & conditionem contractus, super quo interponitur, sicut. C. de non num. pecun. tex. in c. quem admod. de iur. iur. sed in simplici promissione matrimonij intelligitur tacite illa conditio, nisi promissor religionem elegerit: vt supra dicebamus, ergo & in promissione iurata: tertio, quia frustra contraheretur matrimonium in specie præmissa, animo ingrediendi statim religionem in illuminatione femine, qui huius animi conscia, omnino reneat matrimonium: nec momentanea illa solutione re vera impletur iuramentum: & ita merito sententiam tenet glos. in d. c. commissum verb. tutius, & ibi Hostienf. & communiter omnes DD. Couar. & ibi Hostienf. & communiter omnes DD. Couar. in 4. de sponsal. l. p. c. 5. in principio. nu. 11. Marcus Anton. Cuchus lib. 5. institut. maior. titulo 10. num. 57. Nauar. lib. 3. consil. titulo de voto. in priori editione consil. 6. in fine in posteriori consil. 3. in fine. Angel. in summa verbo iuramentum 4. num. 3. Syluest. verbo iuramentum 3. questione 5. & verb. religio 2. questione 5. & 9. Tabiena verbo sponsalia questione 9. nu. 10. casu 1. Armilla num. 1. 2. & quamplures alios Iuristas, & Theologos refert, & sequitur dicens tamquam verissimam esse tenendam Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. dispensat. 43. nu. 2. per totum: Petrus de Ledesma de matrim. questione 43. articulo 3. dubio 1. difficultate 2. & in summa de sacram. matrim. d. ca. 3. folio 43. Caietan. in summa verb. peritrium promissorium, cap. 2. circ. a fin. versic. intellige secundo: Sotus in 4. distinct. 27. questione 2. articulo 5. versic. dubium hic, Corduba in summa questione 136. in fine Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 3. & cap. 14. num. 3. Ludouic. Lopez in 2. parte Institut. cap. 33. de matrim. folio 1044. Manuel Rodrig. in summa 1. tom. secunda editione cap. 244. numero 5. Vega lib. 6. sua summa casu 47. itaque hæc procul dubio est communis, & verissima sententia, atque ideo sine scrupulo tenenda in iudicando, & consulendo.

Limitanda tamen, & intelligenda est communis sententia, nisi necessitas, aut commoditas, & vtilitas sequeretur alteri ex contrahentibus, vt prius contrahat matrimonium, tunc namq; est iuramentum non intercesserit, prius contrahendum est matrimonium: verbi gratia, parã legitimar los hijos, que ouiesse de los desposados de futuro, y confermar la bodega de lamunger, que no dio su cuerpo, sino à su esposa, que la dio palabrâ.